

Questo volume fa anche parte della collezione di

DOCUMENTI E STUDI PER LA STORIA DEL COMMERCIO E DEL DIRITTO COMMERCIALE ITALIANO
PUBBLICATI SOTTO LA DIREZIONE DI

FEDERICO PATETTA
ACADEMICO D'ITALIA

MARIO CHIAUDANO
DELLA R. UNIVERSITÀ DI GENOVA

COL. 37. 2(2)

R. DEPUTAZIONE DI STORIA PATRIA PER LA LIGURIA

NOTAI LIGURI DEL SEC. XII

II

GUGLIELMO CASSINESE

(1190 - 1192)

A CURA

DI

MARGARET W. HALL · HILMAR C. KRUEGER · ROBERT L. REYNOLDS

DEL DIPARTIMENTO DI STORIA DELL'UNIVERSITÀ DI WISCONSIN

II



GENOVA

R. DEPUTAZIONE DI STORIA PATRIA PER LA LIGURIA

PALAZZO ROSSO

—
1938-XVI.



1099. *Barca, figlio di Guglielmo Barca, per ordine del padre, contrae una accomendatio con Guglielmo Rataldo, con pattuizioni relative.* 24 settembre 1191.

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Barca filius Wilielmi Barce, iussu sui patris presentis, se portare in accomendatione a Wilielmo Rataldo petias .viii. viridis de Pruins que sunt canne .cv., et petias .xi. de brunetis de Ipra violetis, et petias .v. de scarlatis vermiliis, et ballam .i. de bal-dinellis de Leges cannarum .cccxxiii., et involias platarum .vi. lini et drapi, Constantinopolim, causa vendendi (1) bona fide predicta et sua et sine fraude. Et rationando perperos quos acceperit de rebus Wilielmi Rataldi, de suis posuerit tertium ad duos, et inde possit portare causa negociandi et facere sicut sibi videbitur, preter quod non prestet alicui nisi mercatori et cum bono pignore. Et in reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et rationando perperum sol. .vii. et den. .iii. (2) pro capitali, tracto capitali cuiusque, proficuum per medium debebit dividi. Et si habueret de rebus Wilielmi Rataldi ultra duplum ad suam terciam habeat similiter ad eandem rationem quartam proficui, que revertatur ad societatem. Et si habuerit plus de tercio, de suo faciat quicquid velit. Et si videbitur Barce descendere a Ianua ad Constantinopolim (3) facere possit. Iurat eliam ita attendere et observare et salvare et custodire bona fide et operari bonum societatis et vendite, et non defraudare ultra sol. .xl. Testes Ansaldus Rataldus, Obertus Savonus, Michel Nacarus. Ea die et loco.

1100. *Bufaro Sarago riconosce di aver preso a mutuo una somma da Ansuiso di San Genesio.* 24 settembre 1191.

(1) *Cancellato:* et implicandi.

(2) *In sopravlinea:* et den. .iii.

(3) *Cancellato:* de.

Ansuixi].

Confitetur Bufarus Saragus se cepisse mutuo ab Ansuixo de Sancto Genesio lib. .xv., unde ei dare promittit bis. sarracenales mundos ab omni drichto .xlviij. et caratos .iii., ad mensem .i. proximum ex quo fuerit Ultramare Bufarus, salva eunte nave vel maiori parte rerum navis, sub pena dupli. Testes Obertus Mantellus, Bauditio Strejaporci. Sub volta Fornariorum, ea die.

1101. *Borromino da Campo si riconosce debitore a Ogerio Porco.*

24 settembre 1191.

Ogerii Porci].

Confitetur Borrominus de Campo se cepisse ab Ogerio Porco lib. .x., unde ei dare promittit perperos .xxvii $\frac{1}{2}$. mundos et iusti ponderis, ad mensem .i. proximum ex quo fuerit Constantinopolim, salva eunte nave vel maiori parte rerum navis in qua ibit, sub pena dupli. Testes Wilielmus de Liter, Iohannes Boletus. Ea die et loco.

1002. *Ogerio Porco prende in accomendatione denaro da sua sorella Wilia per traffici in Costantinopoli.* 24 settembre 1191.

Wilie].

Confitetur Ogerius Porcus se portare in accomendatione a Wilia sua sorore lib. .xxviii. Costantinopolim, et inde quo sibi videbitur causa negociandi, gratis (1). Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negociandi, et facere expensas per libram. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Quas libras ponet cum suis in societate quam habet cum Iohanne Boleto, voluntate Wilie. Testes Cgerius Galleta, Pascalis Ferrandus. Ante dominum Oberti Porci, ea die.

1103. *Buonvasallo Alamanno e Guglielmo Rataldo contraggono una societas per scopi commerciali.* 24 settembre 1191.

Wilielmi Rataldi].

Testes Amigonus de Castello, Ansaldus Rataldus, Merlus de Camugio. Sub volta Fornariorum, ea die. Confitetur BonusVasaltus Alamannus se portare (2) in societate a Wilielmo Rataldo lib. .xl. et de suis lib. .xx. in Garbum, causa negociandi, et inde quo sibi

(1) gratis in sopravlinea su ad quartam proficui cancellato.

(2) Cancellato: in accom.

videbitur cum maiori parte sociorum causa negotiandi. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eodem lib. .CLXXXIII., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Iurat etiam ita attendere et observare et salvare et custodire et non defraudare ultra sol. .x., et operari bonum societatis et accomendationis, bona fide.

1104. *Merlo Bonanada e Ansaldo Rataldo contraggono una societas per traffici in Costantinopoli.* 24 settembre 1191.

Ansaldi Rataldi, Amigoni].

Confitetur Merlus (1) BonaNada se portare in societate ab Ansaldo Rataldo lib. .cxxxiI. et de suis lib. .LXVI. Constantinopolim et inde quo sibi videbitur causa negotiandi. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem ab eodem lib. .LXIII. et sol. .v $\frac{1}{2}$. ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et de rebus Ansaldi filii Wilielmi Rataldi lib. .XLII., ad quartam proficui (2). Ea die et loco. Testes Wilielmus Rataldus, Ogerius Galleta. (3) Et ab Amigono de Castello lib. .xxx. et sol. .XIII $\frac{1}{2}$. ad quartam proficui, similiter.

1105. *Oliverio Marzoco, per volontà del socio Ansaldo Fornario, prende in accomendatione denaro da Ogerio Vento per traffici in Oltremare.* 24 settembre 1191.

Ogerii Venti].

Confitetur Oliverius Marzocus, voluntate Ansaldi Fornarii presentis cum quo habet societatem, in accomendatione ab Ogerio Vento lib. .LXXXXVI $\frac{1}{2}$. (4) in ballis .v. fustaneis et expensis (5), Ultramar et inde quo sibi videbitur causa negotiandi, ad quartam proficuij. Et facere expensas per libram. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum

(1) *Cancellato:* de Cann.

(2) *Per postilla:* et de rebus... similiter.

(3) *Segno di paragrafo.*

(4) *Cancellato:* in pretii.

(5) *In soprolinea:* et expensis.

capitali. Testes Ansuixus, Iohannes Trasascus, Bonus Iohannes Vescontus. Ante domum Oberti Porci, ea die.

1106. *Giovanni Trasasco e Ogerio da Cartagena contraggono una societas per traffici in Oltremare. 24 settembre 1191.*

[*jo. 58 r.*] *Ogerii de Cartagenia].*

Confitetur Iohannes Trasascus se portare in societate ab Ogerio de Cartagenia lib. .cc. et de suis lib. .c. Ultramare et per terram portari et mittere (1) et inde quo sibi videbitur causa negociandi. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat lib. .xx. que sunt Hismaelis de Palazolo, (2) et expendere per libram. Testes Martinus de Albario, Isimbar-dus de Mortedo. Ante domum eiusdem Ogerii.

1107. *Ogerio di Pallo prende in accomendatione denaro da Gordano Ricerio per traffici in Oltremare. 24 settembre 1191.*

Iordani Ricerij].

Confitetur Ogerius de Pallo se portare in accomendatione a Jordano Ricerio lib. .ccccxlii. Ultramare et inde Septam si sibi videbitur, causa negociandi bona fide, ad quartam proficuj. De Ultramar vero vel a Septa promittit reducere in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et de suis portat lib. .xxviii., que debent lucrari et expendere per libram. Sub porticu Ingonis de Cartagenia, die .vii. septembris exeuntis. Testes Raimundus Unaldus, Lafrancus Ricerius.

1108. *Rubaldo di Volta, per volontà del socio Oddone di Milazzo porta a Costantinopoli e altrove una somma di Guglielmo Guaracco da commerciare ad quartam proficui. 24 settembre 1191.*

Wilielmi Guarachi].

Confitetur Rubaldus de Volta se portare, voluntate Oddonis de Melazo presentis cum quo habet societatem, lib. .c. et sol. .xv. a Wilielmo Guaraco (3), Constantinopolim et inde Septam (4) et in

(1) *In soprallinea:* et per terram portari et mittere.

(2) *Cancellato:* ad quartam proficui.

(3) *In soprallinea:* a Wilielmo Guaraco.

(4) *Cancellato:* vel.

Garbum, causa negotiandi bona fide, ad quartam proficuj. Et debet facere expensas per libram. De Constantinopoli vero vel a Septa vel de Garbo promittit reducere in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. In domo eiusdem Wilielmi, ea die. Testes Paganus de Volta, Oddonus de Melazo.

1109. *Rubaldo de Volta si accorda con l'erede di Gionata Cavarunco circa l'augmentum di una societas esistente tra essi.* 24 settembre 1191.

Oddonis et heredis Ionathe] (1).

Societate quam Rubaldus de Volta habebat cum Ionatha Cavarunco et cum Oddone de Melazo est augmentata quod est super totum lib. .cccvi. et sol. .vi., et quam portavit in Siciliam. Quas libras omnes confitetur portare idem Rubaldus, voluntate Adalaxie uxoris olim (2) Ionathe et Oddonis presentium. Constantinopolim et inde Septam et in Garbum, causa negotiandi bona fide. Et si sibi videbitur, possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali, et facere sicut continetur in carta societatis. Iurat etiam ita attendere et observare et salvare et custodire bona fide, et operari bonum societatis et non defraudare ultra sol. .x. Testes Paganus de Volta, Philippus Cavaruncus. In domo heredum Ionathe, ea die.

1110. *Ansaldo Fornari e Oliviero Marzoco si accordano circa i capitali di una societas tra loro esistente.* 24 settembre 1191.

Ansaldi Fornarij] (3).

De societate quam habent insimul Ansaldus Fornarius et Oliverius Marzocus, confitetur Ansaldus quod traxit lib. .CCLXXVI $\frac{1}{2}$., et Oliverius traxit lib. .CCXL. de proficuo solum modo. Et de qua societate Oliverius confitetur portare secum lib. .DCCVIII. cum lib. vi. quas debet recipere Ultramare (4), Ultramare et quo voluerit. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur. Insuper Ansaldus accomendat Oliverio Uguitum suum filium cum lib. .CCLXXII $\frac{1}{2}$. suis propriis, et que sunt implicate cum predictis et que debent lucrari et expendere per libram. Sub volta Fornariorum, die .vii. exeuntis septembbris. Testes Wilielmus Rizisom, Paganus de Volta.

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LVI.

(2) In soprallinea: olim.

(3) Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LV.

(4) In soprallinea: cum lib. .vi. quas debet recipere Ultramare.

1111. *Rainaldo Strugnono prende in accomendatione denaro da Oberto Boleto per traffici in Constantinopoli. 25 settembre 1191.*

Oberti Boleti].

Confitetur Rainaldus Strugnonus se portare in accomendatione ab (1) Oberto Boleto lib. .L. Constantinopolim, causa negociandi, et quo ierit cum suis, gratis. Et possit mittere et facere sicut faciet de suis, causa negociandi. Et debet facere expensas per libram. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembris. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Wilielmus Rizisom.

1112. *Ogerio Galleta si accorda con l'erede di Gionata Cavarunco e con Oddone de Melazo circa l'augmentum di una societas tra loro esistente. 24 settembre 1191.*

Oddonis de Melazo et heredis Ionathe Cavarunci].

Societas quam habebat Ogerius Galleta cum Ionatha Cavarunco et cum Oddone de Melazo (2) est augmentata quod est lib. .cccclxxxx., quas libras Ogerius Galleta confitetur portare, voluntate Adalaxie uxoris Ionathe Cavarunci et Oddonis de Melazo, Ultramare et inde quo sibi videbitur melius, causa negociandi, per Garbum (3), bona fide. Et non prestet alicui nisi mercatori et cum bono pignore. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Inde (4) vero Ianuam de Ultramare vel de Garbo (5) reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali, et facere sicut continetur in carta societatis. In domo heredis Ionathe Cavarunci, die .vii. exeuntis septembris. Testes (6), Rubaldus de Volta, Philippus Cavaruncus, Bona Ventura de Sancta Fide.

1113. *Rubaldo di Bogliasco e Arduino di Canneto contraggono una societas per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Arduini, p., Rolandi].

Confitetur Rubaldus de Bojasco se portare in societate ab Arduino de Canneto lib. .xl. et de suis lib. .xx Constantinopolim et inde

(1) *Cancellato*: Johanne.

(2) *In sopralinea*: et cum Oddone de Melazo.

(3) *In sopralinea*: per Garbum.

(4) *Cancellato*: reditu.

(5) *In sopralinea*: de Ultramare vel de Garbo.

(6) *Cancellato*: Paganus de Volta.

quo sibi videbitur melius causa negociandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium partiri debet. Et super societatem portat ab eodem lib. .LVIII., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Testes (1) Rolandus de Canneto, Petrus Guertius. (2) Et de suis, sol. .c. (2). Et sunt de societate quam habet Arduinus cum Martino de Albario et facit eius voluntate. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembbris. (2) Et a Rolando lib. .xxvi. et sol. .viii., ad quartam proficui.

1114. Ogerio de Nigrone vende a Rolando de la Isula tutti i suoi beni in Acquafrredda. 25 settembre 1191.

[fo. 58 v.] (3) Rolandi de la Isula de Nervi].

Testes Rolandus de Canneto, Martinus de Albario, Arduinus de Canneto, Petrus Guertius. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembbris.

* Ogerius de Nigrone vendit Rolando de (4) la Isula de Nervi totum quod habet et videtur habere et possidere (5) in Aqua Frigida, sicut tenet Rubeus de Nervi (6) per eum (6) cum omni suo iure et comodo et utilitate et cum pleno et domestica et salvatica, pretio lib. den. jan. .xi., et quietum et pagatum se clamat. Et possessiōnem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Et pro dupla evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. .MCLXXXI., indictione .viii.

1115. Ottone Gontardo e Rubaldo Artimone contraggono una società per fini commerciali. 25 settembre 1191.

Rubaldi Artimoni, p.].

Confitetur Otto Gontardus se portare in societate a Rubaldo Arti-

(1) *Cancellato*: Martinus.

(2) *Segni di paragrafo*.

(3) *Nel margine superiore*: In septembre.

(4) *Cancellato*: Isul.

(5) *Cancellato*: in Nervi.

(6) *Cancellato*: et totum.



mono lib. .cx. et de suis lib. .lv. Septam. Et inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat de suis lib. (1) .xxxv., que debent lucrari et expendere per libram. Et que omnes libre (2) .lxxxx. Ottolini sunt de amministratione quam habet Rubaldus de rebus Ottolini, et qui facit hanc societatem ei (3) voluntate Enrici Mazali et Enrici Gontardi. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Sub porticu Ansaldi Buferij, die .vi. exeuntis septembbris. Testes Wilielmus Guertius Ostaliboi, Obertus Buferius.

1116. *Ottobono, figlio di Rolando di Castello, per ordine del padre, contrae una accomendatio con Marchisio drappiere. 25 settembre 1191.*

Marchesij, p.].

Confitetur Ottobonus filius Rolandi magistri de Castello, jussu sui patris, se portare in accomendatione a Marchesio draperio lib. .xlviij. et sol. .xii., (4) Constantinopolim, causa negociandi, ad quartam proficui (5). Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et sunt de societate botee quam habet cum Wilielmo Barbavaira et quod facit voluntate eiusdem Wilielmi. In botea Rogerii Noxentii, ea die. Testes Marignonus de Campo, Wilielmus filius Gisulfi macelarii, Nicolosus Gambalmela (6).

1117. *Zirbino da Campo si riconosce debitore di una somma a Pietro Leonardo. 25 settembre 1191.*

Petri Leonardi, Zirbini, p.].

Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembbris. Testes Ansalodus Fornarius, Wilielmus Rizisom, Wilielmus de Liter. Confitetur Zirbinus de Campo se daturum (7) Petro Leonardo lib. den. jan. .cxxvii. ad Domini natale proximum, sub pena dupli in suis bonis, que omnia ei stipulanti pignori obligat (8). Et Berraminus

(1) *In soprалinea:* lib.

(2) *Cancellato:* sunt de Otto.

(3) *Cancellato:* cu (?).

(4) *In soprалinea:* et sol. .xii.

(5) *In soprалinea:* ad quartam proficui.

(6) *Gambalivola* (?).

(7) *Cancellato:* Nicole de Petris.

(8) *Segno di paragrafo.*

confitetur quod Zirbinus obligat se pro eo de predictis libris (1) et promittit deliberare ab omni dampno, sub pena dupli. Ea die et loco.

1118. *Giovanni Gualcelmo di Montpellier e Guglielmo Zetapane contraggono una societas per traffici in Montpellier e in Catalogna. 25 settembre 1191.*

Wilielmi Zetapanis] (2).

Confitetur Iohannes Gualcelmus de Montepesulano se portare in societate a Wilielmo Zetapane lib. .x $\frac{1}{2}$. et de suis lib. .vi. usque ad Montepesulanum et usque in Catalognam, causa negociandi bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ogerius de Cartagenia, Isimbar-dus de Mortedo.

1119. *Lamberto, per ordine del padre Guglielmo Fornario, e Ogerio Scoto contraggono una societas per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Ogerij Scoti].

Confitetur Lambertus, jussu sui patris Wilielmi Fornarij, se portare in societate ab Ogerio Scoto lib. .cc. et de suis lib. .c., et de proficuo harum librarium .ccc. portat lib. .li., Constantinopolim et quo sibi videbitur. Et possit mittere (3) et facere sicut sibi videbitur. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exi- verit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et a suo patre portat lib. .cccii. Testes Balduinus Scotus, Wilielmus de Albario. Ea die et loco.

1120. *Detesalvo Celamo di Savona e Guglielmo Rataldo contraggono una societas per traffici commerciali. 25 settembre 1191.*

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Detesalvus Celamus de Sagona se portare in societate a Wilielmo Rataldo lib. .ccxxvi. et de suis lib. .cxiii. (4) in Garbum, causa negociandi bona fide, et per terram Mussumuti et quo vo-

(1) *Per postilla:* de predictis libris.

(2) *Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LVII.*

(3) *Cancellato:* ei in Janua.

(4) *In sopravlinea:* .c.

luerit (1). Inde reditu (2) Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eodem lib. .lv., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Testes Wilielmus fundigarius, Tomadinus filius Enrici Cigale, Ogerius de Cartagenia. Ea die et loco.

1121. *Ogerio di Nigrone prende una somma in mutuo da Adalasia sua moglie. 25 settembre 1191.*

Adalaxie] (3).

Confitetur Ogerius de Nigrone se accepisse mutuo a sua uxori Adalaxia de libris (4) rebus filii sui Doni Dei, lib. .xl. quas promittit reddere usque ad annos .iii. et dare promittit per annum ad rationem lib. .xv. de centum, et si minus tenuerit per eandem rationem et si plus similiter. Et inde sua bona pignori obligat, sub pena dupli. In domo eiusdem Ogerii, ea die. Testes Wilielmus sartor Valdetarius. Et quod denarios (?) erant ad monetam (?) et quos habebat Otto Pezullus.

1122. *Enrico, figlio di Guglielmo Agnello, ha ricevuto la dote della moglie Giulia dal suocero Botirigo a cui obbliga tutti i suoi beni presenti e futuri. 25 settembre 1191.*

Patrimonium Guile].

Confitetur Enricus filius Wilielmi Agnelli emancipatus se habuisse de dote sue uxorii Guile lib. .c. den. jan., a Botirigo suo socero, et quietum se clamat et pagatum. Et inde omnia bona sua habita et habenda Botirigo recipienti pro filia pignori obligat. Jurat etiam hanc cartam dotis et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum (5). Et confitetur esse maiorem annis .xx. Sub porticu heredum Marini Malfiliastri, ea die. Testes Raimundus de Volta, Ogerius de Bojamonte, Villanus Axaxinus.

(1) *In soprallinea:* et quo voluerit.

(2) *In soprallinea:* reditu.

(3) *La rubrica e tutte le parole importanti sono strettamente cancellate. Le altre parole sono anche cancellate.*

(4) libris *in soprallinea.*

(5) *Cancellato:* sub p.

1123. *Baldovino Nubiloto, per volontà del socio Sylo di Burgo, prende in accomendatione denaro da Guglielmo, fratello di Giovanni Parvi, per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Wilielmi de Canneto].

Constitetur Balduinus Nubilotus se portare, voluntate Syli de Burgo presentis cum quo habet societatem, in accomendatione a Wilielmo fratri Iohannis Parvi lib. .ciii. Constantinopolim et quo voluerit causa negociandi, ad quartam proficui. Et debet facere expensas per libram. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ante domum Ottonis Guarachi, ea die. Testes Ricius de Monleon, Iacomus Ianni Zocoli, Albertus de Palmo.

1125. *Oberto Blanco contrae una societas con Ogerio Scoto. 25 settembre 1191.*

[fo. 59 r.] Ogerij Scoti].

Confidetur Balduinus Scotus se daturum Ogerio Scoto lib. .xiii. ad kalendas madii proximi. Et si Wilielmus suus filius antea venit, antea vult ut habeat, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Marchesius Zurlus.

1125. *Oberto Blanco confessa di avere in società una somma di Ogerio Scoto. 25 settembre 1191.*

[Ogerii Scoti]] (1).

Confidetur Obertus Blancus se habere in societate ab Ogerio Scoto lib. .c. et lib. .l. causa tenendi et negociandi in botea bona fide, usque ad annum. Et tunc tractis expensis sibi et sue matri et uni servienti et botee, preter quod non debet vestire suam matrem, dare promittit capitale et medietatem tocius lucri quod Deus dederit aliquo modo sibi lucrari, bona fide. Et si deinceps tenuerit, similiter dare promittit, sub pena dupli. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire, bona fide, et operari bonum societatis (2) et non defraudare, et dare partem que deveniet, bona fide, nisi quantum remanserit licentia eius (3). In botea Oberti Porci, ea die. Testes Ricius de Monleon, Arduinus de Canneto, Balduinus Scotus.

(1) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) In sottolinea: societatis.

(3) In sopralinea: eius.

1126. *Mazuco di Pomario contrae una accomandatio con Benadu da Palazolo per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Benadu, p.].

Confitetur Mazucus de Pomario se portare in accomendatione a Benadu de Palazolo sol. .c. Constantinopolim et inde quo ierit cum aliis que portat causa negoziandi bona side, ad quartam proficui. Et debet facere expensas per libram. Et possit mittere et facere sicut faciet de aliis que portat causa negoziandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembbris. Testes Grillus, Martinus de Albario. .MCLXXXI., inductione .viii.

1127. *Grillo dichiara di avere una somma da Ogerio Porco per commerciarla nella sua bottega. 25 settembre 1191.*

Ogerii Porci, p.] (1).

Confitetur Grillus se habere ab Ogerio Porco lib. .xxv., causa tendi in botea et negoziandi usque dum placuerit Ogerio, ad medietatem proficui. Et cum placuerit Ogerio, dare promittit ei vel eius misso capitale et medietatem proficui quod Deus dederit. Ea die et loco. Testes Ogerius de Cartagenia, Martinus de Albario (2). Et Arduinus similiter confitetur habere ab eodem Ogerio lib. .xv. (3). Ea die et loco et testibus. .MCLXXXI., inductione .xiii.

1128. *Grillo e Rolando fanno quietanza d'una somma a Guglielmo Clerico. 25 settembre 1191.*

Wilielmi Clerici, p.].

Confitentur Grillus et Rolandus se recepisse sol. .xxx. a Wilielmo Clerico, et quietos se clamant. Qui sol. .xxx. sunt de libris .vii. quas accomendavit Araminus eidem Wilielmo, et quas dicit idem Wilielmus quod Pisani abstulerunt, preter quod evasit sol. .xxx. per rationem rerum sicut habebat. Ex quibus lib. .vii., vel occasione earum, si decetero Araminus vel aliquis pro eo fecerit aliquam requisitionem vel actionem moverit (4), perveniret ad aliquod dampnum, ei vel alicui, Grillus et Rolandus (5) totum dampnum promit-

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LVIII.

(2) Segno di paragrafo.

(3) Cancellato: Testes.

(4) Per postilla: fecerit aliquam... moverit.

(5) In sopravlinea: Grillus et Rolandus.

tunt restituere, sub pena dupli abrenunciantes iuri quo cavitur principalem debitorem (1) preter si Araminus posset ostendere Wilielmum pericula evasisse quam dederit predictis. Ea die et loco. Testes Martinus de Albario, Gorgius de Porta, Ogerius Porcus, HomoDeus Lombardus, et Wilielmus Clericus.

1129. *Ogerio Porco, per volontà del socio Suzubono e Giovanni Boleto contraggono una societas per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Iohannis Boleti].

Constitetur Ogerius Porcus se portare, voluntate Suzuboni presentis cum quo habet societatem, in societate a Iohanne Boleto, lib. .CL. et de suis lib. .LXXV., Constantinopolim et quo voluerit causa negociandi bona fide. Et possit mittere ei in Ianua cum testibus. Et non prestet alicui nisi mercatori et cum bono pignore. Et sunt implicate cum libris Suzuboni et per libram debent lucrari et expendere. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue (2), cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et panceram .i., de qua sunt tres partes Iohannis et tercia (3) Ogerii. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeventis septembbris. Testes Enricus Gontardus, Ogerius Cavaruncus.

1130. *Ogerio Porco e Suzubono contraggono una societas per volontà di Giovanni Boleto. 25 settembre 1191.*

SuzuBoni].

Et a SuzuBono, in societate similiter, voluntate Iohannis, lib. .c. et de suis lib. .L., et cetera per omnia. Ea die et loco et testibus.

1131. *Ogerio Porco, per volontà dei sopradetti, contrae una accomandatio con Baudizone Cudega. 25 settembre 1191.*

Rauditionis Cudege].

Et a Bauditione Cudega in accomendatione, voluntate predictorum, lib. .LXXXVIII. et sol. .VIII., et implicare separatim. Ante dominum Oberti Porci. Ea die et testibus. Ad quartam.

(1) *In soprallinea ed anche in margine:* abrenunciantes iuri quo cavitur principalem debitorem.

(2) *In margine:* et quo exiverit portum Janue.

(3) *Sic!*

1132. *Marchisio, figlio di Bernardo di Telosa, e Arduino contraggono una societas per traffici in Costantinopoli. 25 settembre 1191.*

Arduini, p., Vivaldi, p., Rolandi, Martini].

Testes.

Confitetur Marchesius filius Bernardi de Telosa se portare in societate ab Arduino, de societate botee quam habet cum Martino de Albario et eius voluntate, lib. .xxx. et de suis lib. .xv., Constantinopolim et inde quo voluerit causa negociandi. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem, ab eodem, de eadem ratione, lib. .x. ad (1) terciam proficuj, que debet reverti ad societatem (2). Et a Vivaldo Vallexella lib. .iii., ad quartam proficuj (2). Et a Martino de Albario, ad quartam proficui, lib. .xiii. Et a Rolando lib. .xvii $\frac{1}{2}$, ad quartam proficuj. Testes Genoardus draperius. Sub volta Fornariorum, ea die. Et debet facere expensas per libram.

1133. *Rolando de Canneto e Arduino di Canneto si accordano circa una pezza di panno scarlatto. 25 settembre 1191.*

Arduini, p.] (3).

Confitetur Rolandus de Canneto quod misit medium scarlatam, pretii lib. .xx $\frac{1}{2}$, per Raimundum Zirbinum. Quam confitetur medium esse Arduini de Canneto, et quam misit voluntate Arduini, ut confitetur Arduinus. De qua media scarlata, totum quod habebit Rolandus vel occasione eius, promittit Rolandus consignari (4) Arduino dare medietatem tocius quod habebit, bona fide. Testes Obertus Blancus, Rubaldus de Borasco. (5). Ea die et loco.

1134. *Balduino Scoto dichiara di aver ricevuto in mutuo una somma da Ogerio Porco. 25 settembre 1191.*

[fo. 59 v.] (6) Ogerii Porci].

Confitetur Balduinus Scotus se cepisse mutuo ab Ogerio Porco

(1) *Cancellato:* quartam.

(2) *Segni di paragrafo.*

(3) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 122.*

(4) *In soprallinea:* consignari.

(5) Barasco, Basasco, etc.

(6) *Nel margine superiore:* In settembre.

lib. .xviii. et sol. .ii., unde promittit dare perperos .iii. mundos (1) minus quartam per libram ad Constantinopolim. Et si in Sicilia fecerint portum, pro sol. .xlii., unciam .i., auri. Et si Ultramare, bis. .iii. per libram mundos sarracenales (2), salva eunte nave vel maiori parte rerum navis, sub pena dupli. Testes Obertus Blancus, Ubertus Costa. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis septembris. .MCLXXXI., indictione .viii.

1135. Guglielmo Lercario Olio e Guglielmo Rataldo contraggono una societas. 25 settembre 1191.

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Wilielmus Lercarius Olius se portare in societate (3) a Wilielmo Rataldo lib. .ccc. et de suis lib. .cl. in Garbum et quo sibi videbitur causa negociandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. (4) Jurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et operari bonum societatis bona fide et non defraudare ultra sol. .x. Testes Detesalus Celamus sagonensis, BonusIohannes de Currado de Jordano de Sagona, Rolandus Lucensis. In domo heredum Wilielmi Longi, ea die. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus.

1136. Pagano di Volta contrae una accomandatiq con Beldie e Filippo di Cavaruncis per le cose portate da Baiamonte a nome suo e dei fratelli minori e Ionata Cavarunco. 26 settembre 1191.

Beldie de Cavaruncis].

Confitetur Paganus de Volta se portare in accomendatione a Beldie et a Philippo (5) de Cavaruncis, de rebus quas portavit Bajamons de suis rebus et suorum fratribus minorum et Ionathe Cavarunci, sicut continetur in carta que fuit facta quando Bajamons ivit Ultramare, centenaria .xi. piperis, pretij lib. .LXXXI. et sol. .xviii., Septam et per Garbum, causa negociandi, ad quartam proficui. Et (6) inde Ianuam reducere promittit in potestate Beldiei et Philippi Cavarunci et Adalaxie uxoris quondam Ionathe Cavarunci vel certi

(1) *In soprallinea*: mundos.

(2) *In soprallinea*: mundos sarracenales.

(3) societate *in soprallinea* su accomendatione cancellato.

(4) *Cancellato*: Testes.

(5) *In soprallinea*: et a Philippo.

(6) per *cancellato*.

missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et non defraudare ultra sol. .x. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In curia Gontardi, die .v. exeuntis septembris. Testes Fredentio Gontardus, Andreas revendor, Florentinus revendor.

1137. *Belardo Belardungo si riconosce debitore di una somma a Belardo Turrel.* 26 settembre 1191.

Belardi Turrel] (1).

Confitetur Belardus Belardungus se daturum Belardo Turrel lib. .l. den. ian. ad sanctum Andream proximum, et expensas et dampnum et mutuum restituere promittit. Et inde sua bona pignori obligat. Testes Enricus Turrel, Opizo Vola. Sub volta Fornariorum, ea die. MCLXXXI., indictione .viii.

1138. *Zono censarius si riconosce debitore di una somma a Pietro di Barzato.* 26 settembre 1191.

Petri de Barzato].

Confitetur Zonus censarius se daturum Petro de Barzato de Mediolano (2) lib. .xviii. ad sanctum Martinum proximum, sub pena dupli. Testes Anselmus Navarcus (3), Iohannes cazaor, Lantelmus de Placentia. Sub volta Fornariorum, die .v. exeuntis septembris.

1139. *Grillo si riconosce debitore di una somma a Pietro di Barzato.* 26 settembre 1191.

[Petri de Barzato] (4).

Confitetur Grillus se daturum Petro de Barzato lib. .xviii $\frac{1}{2}$, ad festum omnium sanctorum proximum, sub pena dupli. Testes Ansaldus Barcarius, Martinus de Albario. Ea die et loco.

1140. *Guglielmo de Beders promette a Corso di Palazolo di tenerlo indenne da ogni danno nel quale possa incorrere per obbligazioni contratte per lui.* 26 settembre 1191.

Corsi de Palazolo].

Promittit Wilielmus de Beders se deliberare Corsum de Palazolo ad (5) omni dampno ad quod pervenerit aliquo modo occa-

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 123.

(2) In sopralinea: de Mediolano.

(3) Navarrus (?).

(4) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(5) Sic!

sione obligationis qua se obligat pro eo de lib. .xx., pagandis Lafranco Ricerio, cum sorte et cum pena, sub pena dupli in suis bonis. Testes Raimundus Unaldus, Arduinus de Canneto. Ea die et loco.

1141. *Paolo draperius si riconosce debitore per una somma a Ragul Trenchet o a Gerardo di Bagnolo. 26 settembre 1191.*

[Ragul].

Confitetur Paulus draperius se daturum Ragul Trenchet vel Gerardo de Bagnolo lib. .xlii. ad octavam natalis Domini proximi et lib. .xxiii. (1) ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Wilielmus Malfiliaster, Wilielmus de Aldo. Ea die et loco.

.MCLXXXI., indictione .viii.

1142. *Anfusso banchiere si confessa debitore di una somma a Ragul Trenchet o a Gerardo di Bajolo. 26 settembre 1191.*

[Ragul]] (2).

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Ragul Trenchet (3) vel Gerardo de Bajolo lib. den. jan. .cv. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli in suis bonis. Testes Wilielmus Rizisom, Bonus Vasallus Belleratus. Sub volta Fornariorum, die .v. exeuntis septembris. .MCLXXXI., indictione .viii.

1143. *Guglielmo Barbavaira e Marchisio draperius si confessano debitori di una somma a Ragul Trenchet o a Gerardo di Bajolo. 26 settembre 1191.*

[Ragul]].

Confitetur Wilielmus Barbavaira et Marchesius draperius se daturum (4) Ragul Trenchet vel (5) Gerardo de Bajolo lib. .lxxiiii. ad Domini natale proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Wilielmus (6) Rizisom, Oheretus Blancus. Ea die et loco.

(1) *Cancellato*: ad Pas.

(2) *Questo documento, il precedente e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(3) *Cancellato*: et.

(4) *Sic!*

(5) *vel scritto sopra* et.

(6) *Cancellato*: Barb.

1144. *Nicola Lecanoce si assume ogni danno nella persona e nelle cose che Guglielmo de Beders potesse subire nel regno di Sicilia. 27 settembre 1191.*

[*Wilielmi de Beders*].

Testes BelloBrunus de Castello, Gandulfus Figal (1) Bernardus nepos Rubei bancherii. In pontili de Castello, die .mii. exeuntis septembris.

Nicola Lecanoce recipit super se (2) Wilielmum de Beders et res eius et res (3) sibi commissas et quas habebit in potestate, et eum securat et omnes res eius et sibi commissas, a domino rege Trancherio Sicilie, et ab omni homine sui districtus. Et si receperit aliquod dampnum in persona vel in rebus a domino rege vel a curia vel ab aliquo sui districtus, totum dampnum Nicola per se suumque heredem ei restituere promittit, sub pena dupli in suis bonis. Et si ei foret ablatum pro dricto terre ultra consuetum ultra quam solitum est recipere ab Ianuensi in pace olim, totum superfluum ei promittit restituere, sub pena dupli. Et si Wilielmus vellet facere moram in terra domini regis, et Nicola vellet se removere, promittit habere et dare (4) cartam securitatis a domino rege, ut sit securus in persona et in rebus, sub pena dupli de dampno ad quod perveniret in suis bonis. Et ita iurat attendere et restituere dampnum totum (5) si pervenerit, ad duos menses proximos, nisi quantum remanserit licentia eius (6). Et iurat non facere vim nec fortiare eum in persona nec in rebus in fraudem per se nec per alium pro se.

1145. *Nicola Lecanoce contrae un prestito marittimo con Guglielmo de Beders. 27 settembre 1191.*

[*fo. 60 r.*] [*Wilielmi de Beders, et Nicole Lecanoce*]

* Promittit Nicola Lecanoce Wilielmo de Beders se prestare lib. .cccc. den. jan., pro implicare causa portandi in Siciliam insimul ad presens. Et Wilielmus promittit ei dare pro quibuslibet sol. .xxxv., unciam .i. auri de tarino, in Messinis vel in Palermo. Et si navis que movit de portu Ianue pro ire Ultramare vel navis de Constantinopoli fecerit portum in Palermo vel in Messinis, in loco in

(1) *Cancellato*: En.

(2) *Cancellato*: omne.

(3) sunt *cancellato*.

(4) *In sopravlinea*: et dare.

(5) *In sopravlinea*: totum.

(6) *In sopravlinea*: eius.

quo sit (1) Wilielmus de Beders, pro quibuslibet sol. .xl. dare promittit unciam .i. auri de tarino, salva eunte nave vel maiori parte rerum navis in qua ibit. Et ut supra promittunt attendere vicissim, sub pena lib. .c. vicissim stipulata, rato manente pacto, in suis bonis. Ea die et loco et testibus.

1146. *Giovanni Falavo si riconosce debitore di una somma ad Ambrogio di Bellono. 27 settembre 1191.*

Ambroxii].

Confitetur Iohannes Falavus se daturum Ambroxio de Bellono lib. .vi. bonorum imperialium pro genuinis (2), a festo sancti Michelis proximo in Mediolano (3) ad tres septimanas proximas, et expensas et dampnum et mutuum restituere. Et sua bona pignori obligat. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Petrus Ottonus, Mussus Grimaldus.

1147. *Amico draperius e Marchisio draperius si riconoscono debitori di una somma a Belardo Turrel. 27 settembre 1191.*

(4) Confitentur Amicus draperius et Marchesius draperius se daturos lib. .xi. et sol. .xiii., Belardo Turrel (5), ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli in suis bonis. Testes Marchesius draperius, Lantelmus tajaor. In botea heredis Bertami Ricerii, ea die.

Confiletur Vivaldus Papucius se recipisse de dote sue (6).

1148. *Guglielmo Botacio dà quitanza, al cognato Vivaldo Papucio, della dote della moglie Marchesa e le costituisce l'antifatto. 28 settembre 1191.*

Patrimonium Marchese, .vi.].

Confitetur Wilielmus Botacius se habuisse de de (7) dote sue uxorius Marchese lib. .x. a suo cognato Vivaldo Papucio, et quietum se clamat. Et antifactum facit lib. .v. in suis bonis, ad habendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et inde bona sua, Vivaldo recipienti pro ea, pignori obligat. Sub volta Fornariorum, die

(1) Da prima ha scritto sint e poi da cancellato l'n.

(2) In soprалinea: pro genuinis.

(3) In soprалinea: in Mediolano.

(4) Il documento è cancellato per linea dal notaio.

(5) Per postilla: Belardo Turrel.

(6) Non c'è che questa parte di una linea.

(7) Sic!

.III. exeuntis septembris. Testes BonusVasallus de Cartagenia, An-saldus Fornarius, DonumDeus de Pelio, Wido Elephant.

1149. *Ottone di Langasco si riconosce debitore di una somma a Guidotto Lancer.* 28 settembre 1191.

Widoti Lancer].

Confitetur Otto de Langasco se daturum Widoto Lancer lib. .xx $\frac{1}{2}$. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Wido de Costa. Ea die et loco.

1150. *Guglielmo Sipier si impegna di stare a servizio di Ugone tajaor per un anno.* 28 settembre 1191.

Ugonis tajaor, p.].

Testes Raimundus Unaldus, Ogerius de Cartagenia. Sub volta Fornariorum, ea die.

Iurat Wilielmus Sipier se stare cum Ugone tajaor usque ad annum, et servire ei bona fide, et salvare et custodire, bona fide, res eius et res sibi commissas, et non defraudare, nisi quantum remanserit licentia eius. Et ipse promittit ei tenere, et dare ei victum et lib. .III. sub pena dupli.

1151. *Alberto di Groonzola si riconosce debitore di una somma a Guglielmino Roba.* 28 settembre 1191.

Wilielmi Roba].

Confitetur Albertus de Groonzola se daturum Wilielmino Roba lib. .XXIII $\frac{1}{2}$. bonorum imperialium ad sanctum Martinum proximum, et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat. Testes Ogerius de Cartagenia, Iacomus filius Bernardi calligarii. Ea die.

1152. *Testamento di Richelda, moglie di Elione.* 28 settembre 1191.

Testamentum].

Richelda uxor Helioni, sua ultima voluntate, iudicat pro anima sua lib. .xx., ita distributas: decenum operi Sancti Laurentii. Apud ecclesiam sancti Stephani vult sepeliri. Residuum in distributione sui mariti et de lib. .xx., sol. .c. pro missis annualibus, et lib. .iii. operi sancti Stephani (1) pro exequis funeris (2) suorum bonorum. Heredem instituit Balduinum suum filium, ita tamen ut suus ma-

(1) *Per postilla:* et de lib. .xx..... operi Sancti Stephani.

(2) *In sopralinea:* pro exequis funeris.



ritus habeat omnia sua bona ad usufructandum usque dum ipse vixerit. Et qui Helion confitetur se habuisse ab ea inter dotes et stradotes lib. .clx. Hec est sua ultima voluntas. Testes Wilielmus de Dataro, Wilielmus Crispinus, Bartolomeus Galleta, Obertus Zota, Obertus Citadinus, Ido caligarius (1). Et terram de Ardiolo, Sancte Marie de Quarto, vel sol. .xx., in electione Helioni. In domo Helioni, ea die.

1153. *Rolando di Canneto si riconosce debitore di una somma a Rolando di Fontana.* 29 settembre 1191.

Rolandis de Fontana].

Confitetur Rolandus de Canneto se daturum Rolando de Fontana lib. .xlviii. ad octavam sancti Andree proximi, sub pena dupli. In curia Gontardi, ea die. Testes Germanus, Obertus de Cruce, Anfusinus de Novis.

1154. *Bellone di Santo Alessandro e Alberto Busco si riconoscono debitori di una somma ad Ambrogio di Bellono.* 29 settembre 1191.

Ambroxij].

Confitetur Bellonus de Sancto Alessandro et Albertus Busco se datus Ambroxio de Bellono lib. .vii $\frac{1}{2}$. bonorum imperialium ad octavam sancti Martini proximi, et expensas et dampnum et mutuum restituere et similiter pagare promittunt, et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Sub porticu Ogerii Venti, die .ii. exeuntis septembbris. Testes Malvestitus Cerretus, Iohannes Falavus.

1155. *Lanfranco Ricerio si riconosce debitore di una somma a Oberto di Voltaggio.* 29 settembre 1191.

Oberti de Vultabio, p.].

Confitetur Lafrancus Ricerius se daturum Oberto de Vultabio lib. .l. den. jan. ad Domini natale proximum, sub pena dupli. Sub porticu eiusdem Lafranci, ea die. Testes Bonus Vasallus de Cartagena, Martinus Curtus.

1156. *Enrico, figlio del fu Oberto Robello, vende a Rainaldo Verme e a Carbone Verme tutto ciò che possedette il padre nel luogo di tre Castagne.* 29 settembre 1191.

(1) Segno di paragrafo.

Rainaldi et Carboni, p.].

Enricus filius quondam Oberti Robelli vendit Rainaldo Vermi et Carbono Vermi totum quod visus fuit habere et possidere Obertus Robellus in ora que dicitur Castagne tres, scilicet duabus petiis inferioribus et superioribus, cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo, pretio sol. .xii. den. ian. Et coheret superiori (1) ab una parte terra Malocelli (2) et (3) iuxta terram Carboni et superius est via, et ab alia parte terra filiorum Oberti Armaor, inferiori coheret ab una parte terra Malocelli. Et quod plus valet et de pretio clamat se quietum et pagatum. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut decetero faciant proprio iure (4). Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Testes Rubaldus Poncius, (5) Romanus de Sancto Damiano, Iohannes cazaor, Gerardus barberius. Sub volta Fornariorum, die .ii. exeuntis septembris. Et facit hanc venditam pro pagare debita presbyteri Nicole sui fratris.

1157. *Rainaldo, figlio del fu Pietro di Vignolo, dà quitanza della dote alla moglie Aldana, figlia di Giovanni Balbo, e le costituisce l'antifatto. 29 settembre 1191.*

[*fo. 60 v.*] (6) Patrimonium Aldane, p.].

Confitetur Rainaldus filius quondam Petri de Vignolo se habuisse de dote sue uxoris Aldane filie Iohanne Balbi lib. .xviii. a suo socero, et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis (7) lib. .viii., ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum, pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda, suo socero, pignori obligat, recipienti pro ea. (8) Iurat etiam hanc cartis (9) dotis et donationis et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum. (9) Et facit hec omnia consilio Danielis de

(1) *In soprallinea*: superiori.

(2) *Cancellato*: superius.

(3) *Cancellato*: a latere.

(4) *Cancellato*: ad facie.

(5) *Cancellato*: HomoDeus.

(6) *Nel margine superiore*: In settembre.

(7) *Cancellato*: ad hab.

(8) *Cancellato*: Testes.

(9) *Sic!*

Albario et Simonis de Minuta parentum. Testes Germanus batifolum, Wigonzonus Mollazona, Marchesius de Zavalino, (1). In domo heredum Ingonis Longi, die .ii. exeuntis septembbris. Vasallus de Sancto Vincentio. .MCLXXXI., indictione .viii.

1158. *Ragul, inglese, si impegna di stare a servizio di Guglielmo de Turre per quattro anni.* 30 settembre 1191.

Wilielmi de Turre] (2).

Iurat Ragul Anglicus se stare cum Wilielmo de Turre usque ad annos .III., et servire ei bona fide de omnibus serviciis que sciat facere, sine fraude, et salvare et custodire res eius et res sibi commissas et non defraudare per annum ultra sol. .v. (3). Et iurat non stare a termino inde in Ianua cum aliquo faciente officium predicti Wilielmi si Wilielmus voluerit tenere taliter, qui Wilielmus teneatur dare ei medietatem quod potuerit habere ab aliquo alio sine fraude. Et ut supra iurat attendere et contra non venturum. Et Wilielmus promittit ei tenere secum usque ad dictum terminum, et dare ei victum et vestitum conveniter, et docere eum de suo officio, bona fide. Et in capite termini dare sol. .xx., sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die ultima septembbris. Testes Gerardus barberius, Iordanus de Lundrex, Alen de Ultramare, Aimirigus de Costa.

1159. *Ottone Montanaro si riconosce debitore di una somma a Guglielmo Bonadonna.* 30 settembre 1191.

Wilielmi Bonadona].

Confitetur Otto Montanarius se daturum Wilielmo Bonadonna lib. .xx. ad festum omnium sanctorum proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Federicus de Sosilia, Arduinus de Canneto.

1160. *Oddolino, figlio del fu Rainerio di Lagneto, riceve a mutuo una somma da Guglielmo Zetapane.* 30 settembre 1191.

(1) Cancellato: Germanus.

(2) Il documento fu due volte pubblicato:

(a) CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LIX.

(b) REYNOLDS R. L., Some English Settlers in Genoa, « *Economie History Review* », vol. IV (1932-43), p. 322.

(3) Cancellato: Et si ultra annos .III. voluerit stare cum aliquo faciente officium Wilielmi predicti non.

Wilielmi Zetapanis, p.].

Confitetur Oddolinus filius quondam Rainerii de Lagneto se cepsse mutuo pro amore a Wilielmo Zetapane sol. .XL., quos promittit reddere ad dies .xv. proximas post pasca proximam, sub pena dupli. Iurat etiam ita pagare intercise. Testes Ogerius de Cartagenia, Rubaldus Vescontus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1161. *Balduino Guercio vende a Paolo draperius un terreno in Multedo.* 30 settembre 1191.

Pauli draperii].

Balduinus Guertius vendit Paulo draperio petiam oliveti quam videtur habere et possidere in Mortedo, infra has coherentes: a duabus partibus coheret terra herdeum Rubaldi Cavalerij, a duabus partibus via. Quam petiam vendit ei cum omnibus superpositis et cum omni iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo, pretio lib. den. ian. .xxiii., et quietum se clamat et pagatum de pretio, et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et autorizare promittit, sub pena dupli. Et pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Ante camera domini prepositi Ogerii Gallete Sancti Laurentii, ea die. Testes idem prepositus, magister Wilielmus Bellucius, presbyter Rodulfus de Sancto Georgio, Wilielmus Clericus Nuveloni, Sylus Craxuntius.

1162. *Amelio Alvernazio dà ad pastenum una terra sulla montagna di Arenzano a Ansaldo Gonzo.* 1 ottobre 1191.

Amelij, Ansaldi Gonzi] IN OCTUBRE] (1).

Amelius Alvernatius dat et cedit Ansaldo Gonzo canellas terre .xxiii. iuxta fossatum et canellas .xii. versus montem, in Arenzano, in ora que dicitur Todesca, ad tenendum et habendum ad tercium pastenum usque ad annos .viii., taliter quod ipse promittit (2) pastenare de ficubus et de olivis et de cannis et de salicibus. Et a tercio anno in antea debet habere Amelius duas partes canorum et salicum. Et a quinto anno in antea debet habere duas

(1) *In margine.*

(2) *promittit in sopravlinea su debet cancellato.*

partes omnium fructuum ex ea procedentium et Ansaldus terciam. Et in capite annorum .viii. Amelius debet habere duas partes terre pastenate ut supra et Ansaldus terciam ad proprium (1). Et ex inde Amelius promittit dare ad tenendum pro tantumdem quantum posset habere ab alio. Et ut supra promittunt ad invicem videlicet Ansaldus tenere et pastenare et salvare et custodire et Amelius dimittere et ab omni homine (2) defendere et contra non venturos per se nec per alium pro se in aliquo predictorum (3) sub pena sol. .xl., et sub pena partis sue de pasteno, vicissim stipulata in suis bonis. Sub volta Fornariorum, in kalendis octubris. Testes Anselmus Catus, Wilielmus de Pelegrino, Wilielmus Gontius.

1163. *Gerardo di Lovi si riconosce debitore di una somma ad Adele moglie del fu Oberto Gontardo.* 1 ottobre 1191.

Aidele].

In domo Ugonis de Astur, ea die. Testes Germanus, Hugo de Astur. Confitetur Gerardus de Lovi (4) se daturum Aidele quondam uxori Oberti Gontardi lib. .mii. ad kalendas junii proximi, sub pena dupli. Et Albertus filius Pelegrini de Maxana debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1164. *Stefano de Clavica si riconosce debitore di una somma a Iohannis de Crejano.* 1 ottobre 1191.

Iohannis de Crejano].

In statione Ogerij Venti, in kalendis octubris. Testes Ogerius Ventus (5), Rolandus Lucensis, Obertus Dairesus. Confitetur Stephanus de Clavica se daturum Iohanni de Crejano lib. den. jan. .xxvii. et sol. .xiii. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli (6).

1165. *Ogerio Vento si riconosce debitore di una somma al medesimo.* 1 ottobre 1191.

(1) *In soprilinea:* ad proprium.

(2) *Cancellato:* dimittere.

(3) *In soprilinea:* in aliquo predictorum.

(4) *Forse Levi.*

(5) *Cancellato:* Lantelmus de Placentia.

(6) *Cancellato:* Testes.

[Iohannis de Crejano] (1)].

Et Ogerius Ventus eidem lib. .lxv. et sol. .x. ad eundem terminum similiter. Testes Stephanus de Clavica, Rolandus Lucensis.

1166. *Baudo Pignolo riconosce che suo figlio Buonsignore Pignolo ha contratto una accomandatio con Enrico de Volta. 1 ottobre 1191.*

Enrici de Volta].

Testes Rubaldus Taral, Rogerius Noxentius, Lafrancus de Volta. Ante domum Marchesii de Volta, ea die. Confitetur Baudus Pignolus quod suus filius Bonus Segnorus Pignolus habet in accomendatione de rebus Enrici de Volta loca .ii. navis, pretij bisant. .cc. de Septa cum superfluo quod dedit ei Enricus (2), causa negociandi quo sibi videbitur, ad quartam proficui. In reditu vero quem faciet promittit Baudus quod suus filius reduceret in potestate Enrici vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Quod si ita non attenderit vel in sua culpa devastaverit ut ludendo mere-tricando et similibus, idem Baudus promittit restituere predictos bisantios et totum dampnum, sub pena dupli in suis bonis, que omnia Mollazane recipienti pro Enrico pignori obligat, abrenun-cians omni iuri.

1167. *Ingone Longo giura a sua madre Sibilla di non giocare « ad ludum ad quem perdat » e di obbedire ai suoi consigli. 2 ottobre 1191.*

[fo. 61 r.] *Sibilie de Longis].*

Testes Ogerius Ventus, Wilielmus Ventus, Petrus Ventus. In do-mo Ingonis Longi, die .ii. octubris.

Iurat Ingo Longus non ludere ad ludum ad quem perdat usque ad annos .x. ultra sol. .iii. per diem preter quod lucraretur in die illa qua ludet. Et iurat stare et obedire preceptis domine Sibilie sue matris et eius ordinamenta adimplere, bona fide, et de feudo Si-cilie et de aliis suis rebus quas habebit ponere in eius potestate bo-na fide. Et si contra fecerit in aliquo istorum, penam lib. .cc., ei stipulanti, spondet in suis bonis, que omnia ei pignori obligat que maluerit.

(1) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, nel margine.

(2) In soprallinea: Enricus.

1168. *Raimondo Adricto riconosce di avere in società una somma per traffici a Guglielmo Barbavaira. 3 ottobre 1191.*

Wilielmi Barbavaire].

Confitetur Raimundus Adrictus se (1) habere in societate a Wilielmo Barbavaira lib. .c. et de suis lib. .l. causa negotiandi in botea bona fide usque ad (2) annum .i. Et tunc promittit dare ei capitale et medietatem tocius lucri quod Deus permiserit sibi lucrari aliquo modo. Et si deinceps tenuerit, similiter attendere promittit quando placuerit Wilielmo, sub pena dupli stipulata in suis bonis, que omnia ei pignori obligat. In botea Pignoli, die .mii. octubris. Testes Rainaldus ferrarius, Anselmus tajaor. Et debet trahere lib. .xii. pro suis expensis super totum. Bernardus calegarius.

1169. *Corrado di Palavagno si riconosce debitore di una somma a Guglielmo Rataldo. 3 ottobre 1191.*

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Curradus de Palavagno se daturum Wilielmo Rataldo lib. .xxx. minus sol. .v. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli, pro becunis. Testes Wilielmus Rizisom, Pascalis Marzonus, Bonefatius de Rapallo. Sub volta Fornariorum, ea die.

1170. *Alberto giudice prende in accomendatione denaro da Gerardo Clerico di Vicedomino per traffici in Catalogna. 3 ottobre 1191.*

Gerardi].

Confitetur Albertus iudex se portare in accomendatione a Gerardo Clerico de Vicedomino sol. .c. in Catalognam, causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ea die et loco. Testes Ingo Longus, Bonefatius de Rapallo.

1171. *Marchesio di Carignano, Ottone di Langasco, Grillo, Oberto da Calce, Guidoniso Botario, Guidone Bergognono e Giordano Clerico, contraggono una societas. 3 ottobre 1191.*

(1) *Cancellato*: portare.

(2) *Cancellato*: duos annos.

Ottoni et Grilli et Widonis et Iordani et Oberti] (1).

Confitetur Marchesius de Calignano se portare in societate (2) ab Ottone de Langasco lib. .xx. et a Grillo lib. .xx. et a Widone Bergognono lib. .xx. et a Iordanu (3) Clerico lib. .xx. et ab Oberto de Calce lib. .xx. (4) et a Widoniso Botario lib. .v., Guarandum et inde quo sibi videbitur melius cum maiori parte sociorum navis causa negociandi. Ad libras .xl. quarum, ponit de suis lib. .xx., et proficuum quarum librarum .lx. per medium debebit dividi, et de aliis debebit habere quartam proficui que debet reverti ad societatem. Et si sibi videbitur possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ea die et loco. Testes Iohannes de Sancto Sylo, Iohannes botarius, Iohannes de Sancto Orsexeno.

1172. *Il prete Guiberto di Santa Tecla vende a Stefano Dotor di Montepagana un terreno in Aleaze in Ventarola. 4 ottobre 1191.*

Stephani Dotor].

Presbyter Guibertus de Sancta Tecla vendit Stephano Dotor de Montepagana petiam unam terre quam visus est habere et possidere in ora que dicitur Aleaze in Ventarola, cui coheret superius via, inferius terra Campanarij, a latere terra emptoris, ab alio terra Andree Petri Ursi. Quam petiam cum omnibus superpositis et cum omni iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo vendit pretio sol. den. jan. .xiii $\frac{1}{2}$., et quietum se clamat et pagatum. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio et confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit, sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Sub volta Fornariorum, die .iii. octubris. Testes Gerardus de Melzi, Iacomus filius Bernardi calegarii, Nicola (5) draperius.

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LX.

(2) societate in sopralinea su accomendatione cancellato.

(3) Cancellato: lib.

(4) In sopralinea: et ab Oberto de Calce lib. .xx.

(5) Cancellato: de Mortedo.

1173. *Grillo si riconosce debitore di una somma a Giovanni de Crejano. 4 ottobre 1191.*

Iohannis de Crejano].

Confitetur Grillus se daturum Iohanni de Crejano lib. .xx. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Otto de Langasco. Ea die et loco.

1174. *Guglielmo Barca si riconosce debitore di una somma a Giliotto Gotofredo Campo. 4 ottobre 1191.*

Gilioti].

Confitetur Wilielmus Barca se cepisse tantum a Gilioto Gotofredo Campo, unde ei dare promittit lib. den. jan. .CLI $\frac{1}{2}$. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et si non pagaverit ut supra, Ansaldus Rataldus promittit pagare predictas libras ad eundem terminum, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea die et loco. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Ogerius de Cartagenia.

1175. *Alcherio, banchiere, prende a mutuo una somma da Guglielmo di Caveteri. 5 ottobre 1191.*

Wilielmi de Caveteri].

Confitetur Alcherius bancherius se cepisse mutuo de Bauoli (1) a Wilielmo de Caveteri lib. .xiii. quas ei promittit reddere ad .xii. diem martii proximi, sub pena dupli. In banco eiusdem Alcherii, die .v. octubris. Testes Donum Deus Boccariis, Rubaldus, Rainaldus de Albizola.

1176. *Bertolotto Szato e Gerardo Rivario contraggono una societas per affari in Corsica. 5 ottobre 1191.*

Gerardi Rivarij, p.].

Confitetur Bertolotus Szato se portare in societate a Gerardo Rivario, de societate quam habet cum Mazoco, lib. .vi. et de suis lib .iii., in Corsicam causa negociandi. Inde Januam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dedebit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet

(1) *In sopravlinea*: de Bauoli.

partiri. Testes Anselmus strallaor, Bernardus de Mari. Sub volta Fornariorum, ea die.

1177. *Guglielmo Malfigliastro pagherà a Gualterio Gotofredo Campo una somma.* 5 ottobre 1191.

[*fo. 61 v.*] (1) *Gualterij.*

Confiteatur Wilielmus Malfiliaster se daturum Gualterio Gotefredo Campo lib. .xxiii. et sol. .xiii. ad octavam sancti Andree proximi, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Otto de Langasco. Sub volta Fornariorum, die .v. octubris.

1178. *Rodolfo Bonazio, Oberto Ploto e Alberto di Castelletto contraggono una societas.* 5 ottobre 1191.

Alberti de Castelleto].

Confiteantur Rodulfus Bonatius et Obertus Ploto se portare in societate ab Alberto de Castelleto lib. .xviii. et de suis lib. .vi. Septam et quo sibi videbitur causa negociandi bona fide. Et ita quod debent ducere secum super his BonumJohanninum, filium eiusdem Alberti, voluntate patris. In reditu vero Januam reducere promittunt in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod lucrari aliquo modo ex quo exiverint portum Ianue (2), Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali cuiusque, quisque eorum debet habere terciam proficuj. Et quisque eorum ita promittit attendere, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et si sibi videbitur vel alteri eorum, possit mittere in Ianua et cum testibus. Et alter eorum possit portare quo sibi videbitur si alteri placuerit, et mutuare possint vel alter eorum sicut sibi videbitur bona fide causa negociandi super his (3). Ea die et loco. Testes Plicagna, Wilielmus frater Iohannis Parvi. .MCLXXXI., indictione .viii.

1179. *Rolando calderaio, figlio di Giordano di Pliche, e Giovanna, coniugi, vendono a Ugone di Londra una casa in Genova.* 6 ottobre 1191.

Hugonis calegarij].

Rolandus calderarius filius Iordani de Pliche et Iohanna iugales vendunt Hugoni de Lundrex calegario edificium domus quod vi-

(1) *Nel margine superiore:* [In Octubre].

(2) *In margine:* Janue. *Per postilla:* lucrari.... Janue.

(3) *In sopralinea:* super his.

dentur habere et possidere in civitate Ianue, positum super terram Ingonis de Flexia, cui coheret antea via, retro trexendo, a latere edificium Bonize, ab alio latere edificium Arduini, cum omni suo iure et comodo et utilitate, pretio sol. .xxiii., et quietos se clamant ei pagatos. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli, Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, juri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et facit hec omnia consilio et auctoritate suorum vicinorum Boni Diei ferrarij et Syli magistri. In eodem edficio, die .vi. octubris. Testes Obertus de Sicardo et consiliatores.

1180. *Giovanni Sechellino concede a Lanfranco Sporta l'usufrutto delle sue terre in Rapallo sino alla sua venuta, e dispone, qualora non vi tornasse che il detto Lanfranco venga le terre dividendo l'importo metà per la sua anima e metà per il figlio Bartolomeo. 7 ottobre 1191.*

Lafranci Sporte]. .

Iohannes Sechellinus dat et cedit Lafranco Sporte totum usumfructum terre quam habet in Rapallo et in pertinentiis (1) in Grepalo (2) et donationem inter vivos facit ei et custodiam terre dat ei et cedit ut habeat et teneat et quiete possideat usque ad suum adventum. Et si non veniret, vendat et medietatem det pro anima sua, et alia medietas sit sui filii Bartholomei. Et si suus filius non venirit, sit propria predicti Lafranci, ad faciendum quicquid voluerit proprio iure et taliter donationem inter vivos facit ei de terra et de fructu (3). Sub volta Fornariorum, die .vii. octubris. Testes Iohannes cazaor, Wilielmus Zetapanis, Otto cannaor, Manfredus cannaor, Albertus pesaor.

1181. *Sorlion si obbliga di pagare una somma a Rubaldo Capraja all'adventum della fiera di Troyes. 7 ottobre 1191.*

(1) Cancellato: et.

(2) Gropalo (?).

(3) In sopralinea: et taliter donationem inter vivos facit ei de terra et de fructu.

Rubaldi Caparaje].

Confitetur Sorlion Deladatus se dare Rubaldo Caparaja lib. den. jan. .xxxvii. minus den. .xviii. ad adventum proximum de feria de Treseca (1), sub pena dupli. Et Martinus Curtus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Gaforus de Sancto Petro de Arena, Gandulfus Corsus, Anfussus bancherius.

1182. *Pasquale Marzono pagherà a Simone di Iser una somma alla festa d'Ognissanti.* 7 ottobre 1191.

Simonis de Iser].

Confitetur Pascalis Marzonus se daturum Simoni de Iser .LXXXVII. et sol. .v. ad festum omnium sanctorum proximum, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Anfussus bancherius, Wido Bergognonus. Ea die et loco.

1183. *Anfusso, banchiere, pagherà a Roberto Grasso una somma alla festa d'Ognissanti.* 7 ottobre 1191.

Roberti Grassi].

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Roberto Grasso lib. .LXXXII. ad festum omnium sanctorum proximum, sub pena dupli. Et Pascalis Marzonus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Wilielmus Rizisom, Wilielmus (2) filius quondam Michelis (3) de Castello. Sub volta Fornariorum, die .vii. octubris.

1184. *Anfusso, banchiere, pagherà a Roberto Grasso una somma all'ottava di Natale.* 7 ottobre 1191.

[Roberti Grassi] (4)].

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Roberto Grasso lib. den. jan. .xxxi $\frac{1}{2}$. ad Domini natalis octavam. Et si antea iverit ad feriam de Laniaco, antea dare promittit, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Pascalis Marzonus.

(1) *In margine*: de Feria de Treseca.

(2) *Cancellato*: de Ca.

(3) *In sopralinea*: Michelis.

(4) *Questo documento e il precedente sono collegati fra loro mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

1185. *Lanfranco Balbo e Gerardo, cordoanerius, pagheranno a Enrico Gontardo una somma il giorno di Natale.* 7 ottobre 1191.

Enrici Gontardi, .v.].

Confitetur Lafrancus Balbus et Gerardus cordoanerius se datus se Enrico Gontardo lib. .xxii. et sol. .xiii. (1) ad Domini natale proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Rubaldus ascerius debitor de medietate pro Lafrance, et Gerardus macellarius pro Gerardo, sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Falaguerra, Bartholomeus Caxina. Ea die et loco.

1186. *Maestro Stefano e Ugo Trasudato di Nizza pagheranno una somma a Paolo draperius a San Martino.* 8 ottobre 1191.

Pauli draperij].

Confitentur magister Stephanus et Ugo Trasudatus de Nicia se datus Paulo draperio lib. .xviii. et sol. .m. ad sanctum Martinum proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Iohannes Grita, Lafrancus Macer de Castello. Die .viii. octubris, sub volta Fornariorum.

1187. *Alberto Pernizzo dà quietanza al suocero Ricio di Monleon, della dote della moglie Adele.* 8 ottobre 1191.

Patrimonium Aidele].

Confitetur Albertus Pernitius se habuisse de dote sue uxoris Adele, a suo socero Ricio de Monleon, lib. .L. et quietum se clamat et pagatum. Et inde omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. In botea Ogerij Venti, ea die. Testes Wilielmus frater Iohannis Parvi, Wilielmus Poncius, Otto de Langasco.

1188. *Ricio di Monleon promette una somma, per la dote della figlia Adele, ad Alberto Pernizzo e gli dà in pegno due castagnatores in Uncisa.* 8 ottobre 1191.

Alberti Pernitii].

Promittit Ricius de Monleon se daturum Alberto Pernitio lib. .x. usque ad annos .III., pro dote Adele sue filie, et inde ei pignori obligat dues castagnatores quos habet in ora que dicitur Uncisa (?) godimentum quorum habeat, teneat, et quiete possideat usque ad

(1) *In sopravlinea:* et sol. .xiii.

terminum. Et si tunc non pagaverit (1) ex inde faciat proprio jure quicquid voluerit pro predicto pagamento, et facere promittit cartam proprietatis in laude sui sapii. Ea die et loco et testibus.

1189. *Alberto Pernizzo cede ogni diritto sul castagneto in Verzi a Bernardo di Meleto fino al pagamento all'usufrutto di una somma datagli da questo.* 8 ottobre 1191.

Ricci].

Albertus Pernitus dat et cedit omne ius quod habet in castagnatare quem habet in Verzi, pro sol. .XLIII. a Bernardo de Meleto, Riccio de Monleon, ut habeat, teneat et quiete possideat et usufructet usque dum Bernardus (2) pagaverit Riccio sol. .XLIII. Et ita promittit defendere Albertus ab omni homine, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

1190. *Pietro, figlio del fu Gaiardo di Castello, prende a prestito marittimo una somma da Ingone di Castello.* 8 ottobre 1191.

Ingonis de Castello].

Confitetur Petrus quondam filius Gajardi de Castello se cepisse mutuo ab Ingone de Castello lib. .xv., unde ei dare promittit bis. .LXVII $\frac{1}{2}$. de mijarexis mundos ab omni drichto et justi ponderis, ad dies. .xv. proximas ex quo fuerit Guaranum, salva eunte nave vel maiori parte rerum navis in qua est iturus, sub pena dupli in suis bonis. Testes Wilielmus frater Iohannis Parvi, Ricius de Monleon. Ea die et loco.

1191. *Tebaldo Reverzolo pagherà ad Anselmo da Prato una somma all'ottava di S. Andrea o alla prossima fiera di Lagny.* 8 ottobre 1191.

Anselmi de Prato].

Testes Belardus de Valfenera, Raimundus Damianus, Obertus notarius. Sub volta Fornariorum, die .viii. octubris. Confitetur Tebaldo Reverzolus se daturum Anselmo de Prato lib. den. jan. .CLXXXV. ad octavam sancti Andree proximi. Et si tunc non pagaverit, pro quibuslibet denariis .xv. et poesa (3) dare promittit previdixes .xii. in proxima feria de Laniaco, et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat.

(1) *Cancellato*: penam dupli ei stipulanti pignori obligat spondet in suis bonis et sit.

(2) *Bernardus in soprallinea*.

(3) *poesa* (?).

1192. *Baldone Gilion pagherà una somma a Guglielmo Malfiliastro all'ottava del carnevale.* 8 ottobre 1191.

Wilielmi Malfiliastri].

Confitetur Baldonus Gilion se daturum Wilielmo Malfiliastro lib. den. jan. .lxxx. ad octavam carnislevaminis venturis proximi, sub pena dupli. Et Belardus de Valfenera et Obertus de Soler debitores et pagatores, sub pena dupli in solidum, abrenuntiantes juri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Zonus censarius, Iosbertus, Grillus de Canneto.

1193. *Pasio da Luca e Pinello tinctor contraggono una società.* 8 ottobre 1191.

Paxii et Pinelli, .vi.].

Iuxta turrim Helion, ea die. Testes Helion de Clavica, Iohannes Busca, Citadinus calegarius.

Societatem faciunt Paxius de Luca et Pinellus tinctor, in qua Paxius ponit omnia utensilia ad opus tincture, et promittit ponere omnia utensilia que constabunt a solidis .x. in super. Et omnia alia utensilia debebunt esse de commune preter quod Pinellus debebit habere de proprio farfices (1). Et hec usque dum Paxius habet domum Wilielmi Rataldi. Et Pinellus promittit laborare et operari bona fide ut tota draparia quam poterit facere portare pro tingere ad domum Wilielmi Rataldi portetur (2) et dare et consignare medietatem tocius lucri quod Deus dederit bona fide (3) Paxio vel eius misso, et aliam medietatem retinere sibi. Et ita jurat attendere bona fide et contra non venturum. Et Paxius promittit facere portare ad tingendum totam drapariam bona fide et jurare attendere ut supra, ad adventum quem faciet a Sancto Iacobo de Galitia, sub pena lib. .xx., rato manente pacto. Et Pinellus similiter promittit attendere sub pena lib. .xx. in die .viii. octubris.

1194. *Guglielmo Adobato e Maria, coniugi, pagheranno una somma a Lombarda quindici giorni dopo Natale.* 8 ottobre 1191.

Lombarde, p.].

Confitentur Wilielmus Adobatus et Maria jugales se daturos lib. .v $\frac{1}{2}$. Lombarde, ad dies .xv. proximas (4) post natale Domini, sub

(1) *Cancellato:* et laborare et operari bona fide. *In sopralinea:* Et hec.

(2) *In sopralinea:* portetur.

(3) *Cancellato:* Px.

(4) *Cancellato:* sub.

pena dupli in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et omni iuri, et ipse abrenuntians legi Iulie, juri hypothecarum et decreto consultus Velleiani. Iurat etiam Wilielmus super animam suam et uxoris, licentia eius, pagare ut supra nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos. In botea Sancti Iohannis de Pavarano, ea die. Testes Wilielmus Pontius, Iohannes Leo, Villanus de Rapallo, quorum consilio Maria facit predicta.

1195. *Iosberto e Ricomanna de Mari contraggono una societas per commercio terrestre.* 8 ottobre 1191.

Ricomanne].

Confitetur Iosbertus se habere in societate a Ricomanna de Mari lib. .c. et de suis lib. .L. causa negotiandi in terra bona fide usque ad festum sancti Iohannis junii proximi. Et tunc dare promittit ei capitale et medietatem proficui quod Deus dederit sibi bona fide, sub pena dupli. Et si ex inde tenuerit, similiter attendere promittit. Ante boteas de Mari Ingonis de Volta, ea die. Testes Wilielmus Gallus, Petrus Barrilaris.

1196. *Guglielmo Parvo di Canneto pagherà una somma a Roberto Grasso alla festa di S. Andrea.* 8 ottobre 1191.

Roberti Grassi].

Confitetur Wilielmus Parvus de Canneto se daturum Roberto Grasso lib. den. jan. .lxvi. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli in suis bonis. Sub volta Fornariorum, die .viii. octubris. Testes Obertus de Calce, Grillus.

1197. *Fulco da Ponte di Sori e Pietro della Croce e Marino de Veredeto contraggono una societas per traffici in Catalogna.* 9 ottobre 1191.

Petri de Cruce et sociorum] p.] (1).

Confitetur Fulco de Ponte de Sori se portare in societate a Petro de Cruce, de societate eius et sui fratratis et sui nepotis, lib. .xxx., et a Marino de Veredeto de rebus eius et suorum fratrum lib. .xxx., et de suis lib. .xxx. in Catalognam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi cum maiori parte sociorum navis in qua est iturus, preter Alexandriam. Et possit mittere in Ianua et cum testi-

(1) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

bus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. In domo nepotis Rolandi Suzupili, ea die. Testes Rubaldus Lavaninus, Iohannis de Compello, Ansaldus Silvanus.

1198. *Gandolfo di Veredeto porta in Africa, ad eccezione di Alessandria, una somma di Pietro della Croce, di suo nipote Oberto, di Antulo, di Masino di Veredeto, dei suoi fratelli, e di Guglielmo di Faxapiana e di Ansaldo.* 9 ottobre 1191.

[*Petri de Cruce et sociorum*] p.].

Confitetur Gandulfus de Veredeto se portare a Petro de Cruce de rebus eius et sui nepotis Oberti, lib. .lxii., et de rebus eiusdem Oberti lib. .viii., et de rebus Petri de Cruce et Antuli et Oberti lib. .vii., et a Marino de Veredeto suarum rerum et fratribus lib. .xxv., et ab Ansaldo Silvano lib. .xxv., et de rebus Wilielmi de Faxapiana lib. .xxx., et de rebus Ansaldi sui fratri lib. .viii., in Africam et quo voluerit preter Alexandriam, causa negotiandi ad quartam proficui. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco et testibus. Et de suis lib. .l. que debent lucrari et expendere per libram.

1199. *Giovanni da Marassi e Guglielmo Rataldo contraggono una societas per traffici in Catalogna.* 9 ottobre 1191.

[*fo. 62 v.*] (1) *Wilielmi Rataldi*.

Confitetur Iohannes de Maraxi se portare in societate a Wilielmo Rataldo lib. .cxxviii. et de suis lib. .lxiii. in Catalognam et inde quo sibi videbitur causa negociandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Et de suis portat ultra hec lib. .xi. et sol. .xvi. que debent lucrari et expendere per libram. Sub volta Fornariorum, die .viii. octubris. Testes Wilielmus Gallus, Gallus frater eius, Amantus Ricomanne. .MCLXXXI., indicione .viii.

1200. *Guglielmo Traverio e Pietro della Croce, con la volontà del*

(1) *Nel margine superiore:* [In octubre].

*socio Baudizone Rango, contraggono una societas per traffici,
fuorchè in Alessandria. 9 ottobre 1191.*

Petri de Cruce, p.]

Confitetur Wilielmus Traverius se portare in societate a Petro de Cruce, de rebus eius et sui fratrī et sui nepotis, voluntate Bauditionis Rangi presentis cum quo habet societatem, lib. .c. et de suis lib. .l., Guarandum et inde quo ieret et voluerit causa negoziandi, preter Alexandriam. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali, Et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. Et ultra societates quas habet cum predictis, portat lib. .c. de suis, que debent lucrari et expendere per libram cum societatibus. Ea die et loco. Testes Isimbardus de Mortedo, Ogerius de Cartagenia.

1201. *Guglielmo di Beders contrae una accomandatio con Raimondo Unaldo per traffici in Sicilia. 9 ottobre 1191.*

Raimundi Unaldi] (1).

Confitetur Wilielmus de Beders se portare in accomendatione a Raimundo Unaldo lib. .c. in Siciliam et per terram regis, causa negoziandi bona fide, ad quartam proficuj. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali (2). Et confitetur portare ab eodem petias .vii. et terciam scarlate, pretij lib. .cli. et sol. .xiii. taliter quod totum quod habebit Wilielmus a lib. .xxxv. insuper de petia debebit essere Raimundi Unaldi. Si vero Wilielmus minus haberet, (3) de sol. .xxxv. per unciam Raimundus debet promittit (4) restituere ad rationem predictarum lib. .cli. et sol. .xiii. Iurat etiam ita attendere bona fide et salvare et custodire et non defraudare. Ea die et loco. Testes Wilielmus Rizisom, Iterius cordoanerius, Oberetus revendor.

1202. *Nicola Lecanoce e Bellobruno da Castello contraggono una societas per traffici in Sicilia. 9 ottobre 1191.*

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 126. Il Rosso è in errore attribuendo questo documento agli Astigiani. Egli legge Cuialdo (di Asti) dove è scritto Unaldo (genovese, d'origine sud-francese?).

(2) Segno di paragrafo.

(3) Cancellato: Raimundus debet restituere.

(4) In sopralinea: promittit.

Bellobruni de Castello].

Confitetur Nicola Lecanoce se portare in societate a Bellobruno de Castello lib. .DCV. et de suis lib. .CCC. in Siciliam et quo sibi videbitur causa negociandi. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negociandi. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et de predictis lib. .DCV. confitetur Bellobrunus quod lib. .CC. sunt de societate quam habet cum Gandulfo Figal et quas mittit eius voluntate. Testes Otto Guezius, Albertus Gallus, Iohannes de Sejestri. Ante ecclesiam de Castello, ea die. .MCLXXXI., indictione .VIII.

1203. *Guglielmo di Beders contrae un prestito marittimo con Nicola Lecanoce e gli obbliga in pegno alcune mercanzie.* 9 ottobre 1191.

Nicole Lecanoce, et Wilielmi de Beders].

Confitetur Wilielmus de Beders se cepisse mutuo a Nicola Lecanoce lib. den. jan. .DC., unde ei dare promittit pro quibuslibet sol. .XXXV $\frac{1}{2}$., unciam .I. auri de tarino mundam ab omni dricto, ad dies .XL. proximas ex quo fuerint in Messinis vel in Palermo. Set si navis que movit a portu Ianue pro ire Ultramare vel navis de Constantinopoli fecerit portum (1) in Palermo vel in Messinis, in loco in quo sit Wilielmus, pro quibuslibet sol. .XL., unciam .I. auri de tarino similiter ut supra, salva eunte nave vel maiori parte rerum naves in qua sunt ituri. Et inde ei pignori obligat pecias .III. viridis de Guanto, et brunetas .III. de Ipra, et blavum .I. de Ipra, et petias .XIII. de Mensa, et blavos .II. et brunetas .II. de Ipra, et sajas .XVII. et brunetas .VI. de Mustarolo, et scarlatas .VIII. vermilias, et brunetas .II., et Stanfort .I. Et Nicola confitetur habere et debere portare in Siciliam, tali pacto, ut si non fuerit pagatus ut supra, vendat tantum de pignore ut sit quietus. Et quod superfuerit promittit reddere Wilielmo, ita tamen quod Nicola deberet concedere predictum pignus pro vendere et causa faciendi predictum pagamento. Ante ecclesiam de Castello, ea die. Testes Raimundus Unaldus, Otto Guetius, Gandulfus Figal, Albertus Gallus.

1204. *Guglielmo Mallono e Guglielmo Croseto affittano ad Anselmo molinarius, un mulino in Albenga per 10 anni.* 10 ottobre 1191.

(1) Cancellato: Janu.

Locatio Wilielmi Malloni et Wilielmi Croseti Anselmo molinario].

Wilielmus Mallonus et Wilielmus Crosetus locant, dant, et cedunt Anselmo molinario filiastro Gandulfi ad tenendum molendinum de Albanega a festo omnium sanctorum proximo (1) usque ad annos .x., taliter quod locatores conveniunt dare molas et arborem et facere clusam que est de intus a loco, et omnes alie expense debent fieri communiter tam a locatoribus quam a conductorre per terciam. Et Anselmus debet habere terciam introitus et ipsi duas partes. Et ut supra promittunt dimittere ei locationem et non auferre et pacto nichil addere et ab omni homine defendere. Et ipse promittit tenere et salvare et custodire bona fide et operari bonum molendini et consignare eis partem suam et dare (2), bona fide, et non fraudare ultra den. .xii. per annum (3). Et ut supra promittunt attendere ad invicem, sub pena lib. .x. stipulata pars parti, rato manente pacto. Et ut supra iurat attendere bona fide nisi quantum remanserit licentia eorum. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Ogerius de Cartagenia, Michel afaitaor, archipresbyter Manfredus de Vulturi. Sub volta Fornariorum, die .x. octubris.

1205. *Grillo pagherà una somma a Giovanni de Crejano il giorno della Purificazione.* 10 ottobre 1191.

Iohannis de Crejano].

Confitetur Grillus se daturum Iohanni de Crejano lib. .xxi. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Testes Rolandus Lucensis, Martinus de Albario. Ante stationem Ogerij Venti, ea die.

1206. *Oberto Grugno, per volontà del socio Dondidio di Ogerio Guidone, contrae una accomandatio con Oberto, notaro.* 10 ottobre 1191.

[fo. 63 r.] Magistri Oberti notarii].

* Confitetur Obertus Grugnus se portare, voluntate Donum Dei Ogerii Widonis presentis cum quo habet societatem, in accommodazione ab magistro Oberto notario lib. .x. Guaratum et quo voluerit et sibi videbitur causa negociandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi

(1) *In sopravlinea:* a festo omnium sanctorum proximo.

(2) *In sopravlinea:* et dare.

(3) *In sopravlinea:* et non fraudare ultra den. .xii. per annum.

missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. In botea illorum de Fundico in qua moratur idem Obertus, die .x. octubris. Testes Philippus de Castello, Wido speciarius.

1207. *Tommaso, pellizarius, contrae una accomendatio per Ceuta con Ottone di Langasco.* 10 ottobre 1191.

Ottonis de Langasco, Widonis].

Confitetur Thomas pellizarius de Sancto Thoma se portare in accomendatione ab Ottone de Langasco lib. .xlvi. et sol. .xiii. Septam, causa negotiandi, ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Pascalis Marzonus, Iohannes cazaor. Ea die (1), sub volta Fornariorum. Similiter, a Widone Bergognono lib. .xviii. et sol. .xiii. .mclxxxix., inductione .vii.

1208. *Pagano de Volta contrae una accomendatio con Ogerio Cavarunco per traffici a Tunisi e a Buzea.* 10 ottobre 1191.

Ogerij Cavarunci].

* Confitetur Paganus de Volta se portare (2) in accomendatione ab Ogerio Cavarunco lib. .l. Septam et inde in Garbum causa negotiandi si sibi videbitur et ad trafium grani et Tunexim et Buzeam (3), ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ogerius de Cartagenia, Oddonus de Melazo.

1209. *Guglielmo Rava contrae una accomendatio con Sibilla di Longis.* 10 ottobre 1191.

Sibilie de Longis] (4).

Confitetur Wililius Rava se portare a Sibilia de Longis lib. .xi. in accomendatione Septam et quo ierit cum aliis causa negotiandi bona fide. Et debet facere expensas per libram. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi

(1) *Cancellato:* et loco.

(2) *Cancellato:* vel.

(3) *In sopravlinea:* et Tunexim et Buzeam.

(4) *Tutte le linee sono cancellate dal notaio.*

proficuum quod Deus dederit, cum capitali. In domo Ingonis Longi, ea die. Testes Belengerius de Narbona, HomoDeus de Rapallo.

1210. *Guglielmo Rava prende in accomendatione una somma da Pasquale Marzono. 10 ottobre 1191.*

Pascalis Marzoni].

Confitetur Wilielmus Rava se portare in accomendatione a Pascali Marzono lib. .cxxviii $\frac{1}{2}$. Septam causa negotiandi et quo videbitur melius (1), ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Et voluntate Oddonis de Melazo presentis cum quo habet societatem. Testes Grillus, Iohannes cazaor, Obertus Blancus. (2) Et debet facere expensas per libram. Sub volta Fornariorum, ea die.

1211. *Ricobono prende in accomendatione una somma da Ottone di Sestri Levante per traffici ove andrà con Guglielmo Rava. 10 Ottobre 1191.*

Ottonis de Sejestri].

Confitetur Ricobonus se portare in accomendatione ab Ottone de Sejestri lib. .xxxviii $\frac{1}{2}$. Septam et quo ierit cum Wilielmo Rava causa negotiandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ea die et loco. Testes Pascalis Marzonus, Wilielmus Rava, Obertus Blancus.

1212. *Enrico Lecavele prende in accomendatione una somma da Magiora, moglie di Ogerio Galleta, da Ogerio Cavarunco e da Oddone da Milazzo. 10 ottobre 1191.*

Majoris, Ogerij Cavarunci, et Oddonis].

Confitetur Enricus Lecavela se portare in accomendatione a Magiore uxore Ogerij Gallete lib. .L., et ab Ogerio Cavarunco lib. .L., et ab Oddone de Melazo lib. .L., et sol. .xv. (3) Buzeam, causa negotiandi, ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et si non attenderit ut supra vel in sua culpa devastaverit, Alda de Lecavelis et Ansaldus Lecavela promittunt re-

(1) *In soprallinea:* et quo videbitur melius.

(2) *Segno di paragrafo.*

(3) *In soprallinea:* et sol. .xv.

stituere predictas libras et totum dampnum et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, sub pena dupli (1), in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem prim. conveniri. In domo Ansaldi Lecavele et sui fratris, ea die. Testes Pascalis Marzonus, Raimundus Cavaruncus.

1213. *Alberto di Groonzola pagherà una somma a Guglielmo Zirbino alla festa di S. Andrea.* 11 ottobre 1191.

Wilielmi Zirbini].

Confitetur Albertus de Groonzola se daturum (2) Wilielmo Zirbino pro bombace (3) lib. den. jan. .xxxiii. et sol. .xv., da sanctum Andream proximum, sub pena dupli stipulata Nicole Bellarato (4), et Iordanus Culatus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, die .xi. octubris. Testes Ogerius de Cartagenia, Iohannes (5) Ricius, Facius filius Gandulfi Bonalasci. .MCLXXXI., inductione .viii.

1214. *Guglielmo Rava prende in accomendatione una somma da Alberto Enguilingo.* 11 ottobre 1191.

Alberti Enguilingi].

Confitetur Wilielmus Rava se portare in accomendatione ab Alberto Enguilingo lib. .xxiiii. Septam, causa negociandi (6). Inde reducere vel mittere cum testibus (7) promittit, ad quartam proficui et voluntate Oddonis cum quo habet societatem (8) in potestate eius vel sui certi missi (9). Sub volta (10) Fornariorum, ea die. Testes (11) HomoDeus de Rapallo, Ogerius de Cartagenia, et debet facere expensas per libram.

(1) *Cancellato*: abren.

(2) *Cancellato*: a Nicole Bellarato, unde ei vel.

(3) *In sopravlinea*: pro bombace.

(4) *In sopravlinea*: stipulata Nicole Bellarato.

(5) *Cancellato*: Faci.

(6) negociandi *in sopravlinea su* emendi centenaria .iii. de cuniculis quos *cancellato*.

(7) *In sopravlinea*: cum testibus.

(8) *In sopravlinea*: ad quartam proficui et voluntate Oddonis cum quo habet societatem.

(9) proficuum quod Deus dederit *cancellato*.

(10) In domo Ingonis Longi *cancellato*. Sub volta è *scritto su* in domo.

(11) *Cancellato*: Otto de Rezo, Mariscotus Placentinus.

1215. *Ugo, figlio del fu Ugone Bernardo, prende in accomendatione una somma da Balduino Vivositis.* 11 ottobre 1191.

Balduini ViviSitis].

Confitetur Hugo filius quondam Hugonis Berardi se portare in accomendatione a Balduino VivoSitis lib. .xxxv. Septam, causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ita tamen quod si non inveniret navem que veniret in Ianua, possit portare causa negotiandi quo (1) jerit cum suis. Quod si ita attenderit vel in sua culpa devastaverit, Porcella mater eiusdem Hugonis promittit Balduino restituere predictas libras et totum dampnum, et propriam et principalem debitorem et pagatorem se constituit, et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Et facit hec omnia consilio Opizonis de Aldo et Anselmi Grate parentum. In domo heredum Hugonis Bernardi, die .xi. octubris. Testes Stephanus de Clavica, Enricus Lecavela, Otto Rubeus. Et lib. .x. sunt Petri, et lib. .iii. Verdilie Baile, et lib. .viii. Sibilie sue uxoris.

1216. *Isimbardo da Multedo e Ogerio da Cartagena contraggono una societas.* 11 ottobre 1191.

[fo. 63 v.] (2) Ogerij de Cartagenia].

Confitetur Isimbardus de Mortedo se portare in (3) societate ab Ogerio de Cartagenia lib. .lxxii. et de suis lib. .xxxvi. Septam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit ei aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eodem lib. .xxxv., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et proficuum et capitale similiter promittit reducere ei vel eius certo misso. Jurat etiam ita attendere et operari bonum societatis et accomendationis et salvare et custodire et non defraudare ultra sol. .x. Testes Oddonus de Melazo, Manfredus Guertius. Ante domum eiusdem Ogerij, die .xi. octubris. .mclxxxxi., inductione .viii.

(1) Cancellato: vel.

(2) Nel margine superiore: [In octu]bre.

(3) Cancellato: accomendatione; societate in soprallinea.

1217. *Lanfranco Lizano e Iosberto contraggono una societas.* 11 ottobre 1191.

Iosberti].

In domo (1) Ingonis Longi, ea die. Testes Fredentio Gontardus, Wilielmus Rava.

Confitetur Lafrancus Lizanus se portare a Iosberto in societate lib. .clii. et de suis lib. .lxxvi. Septam et inde quo sibi videbitur causa negociandi bona fide. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus si sibi videbitur.

1218. *Guglielmo Gallo e Iosberto contraggono una societas.* 11 ottobre 1191.

[Iosberti] (2)].

Confitetur Wilielmus Gallus se portare in societate a Iosberto lib. .ccxvi. et de suis lib. .cviii. Septam et inde quo sibi videbitur causa negociandi, bona fide. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Ea die (3). Testes Wilielmus calderarius, Arduinus de Canneto, Rolandus de Canneto. Ante boteas Petri Veniti in Canneto.

1219. *Guglielmo Gallo contrae una societas con Guglielmo Musso e Iosberto.* 11 ottobre 1191.

[Iosberti] (4)].

Et a Wilielmo Musso lib. .lxx. ad medietatem (5) proficui et a Iosberto communiter, similiter. Ante domum Alberti Lercarij, ea die. Testes Iohannes cazaor, Lafrancus Lizanus.

(1) *Cancellato:* heredum.

(2) Questo documento, il precedente e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(3) *Cancellato:* et loco.

(4) Il documento è cassato dal notaio.

(5) medietatem in sopralinea su quartam cancellato.

1220. *Iosberto e Guglielmo Musso contraggono una accomendatio con Guglielmo Gallo.* 11 ottobre 1191.

Wilielmi Galli].

Confitentur Iosbertus et Wilielmus Mussus se habere in accomendatione a Wilielmo Gallo lib. .lxx. causa negociandi bona fide in terra, ad medietatem proficuj. Et cum ei placuerit, promittunt dare ei proficuum et capitale. Ante domum Alberti Lercarij, die .xi. octubris. Testes Lafrancus Lizanus, Iohannes cazaor.

1221. *Guglielmo Musso riconosce che suo figlio Gregorio portò una somma della societas che ha con Guglielmo e Iosberto, per volontà di quest'ultimo a Bugia.* 11 ottobre 1191.

Iosberti] (1).

Confitetur Wilielmus Mussus quod suus filius Gregorius portavit lib. .cclviii. de societate quam habent insimul idem Wilielmus et Iosbertus, et voluntate Iosberti, Buzeam et inde quo voluerit causa negociandi, ad quartam proficuj. Et in reditu Ianuam promittit Wilielmus Mussus quod ipse reducat in potestate Iosberti vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et qui portavit jussu sui patris. Et Iosbertus (2) concessit portare jussu Wilielmi Mussi. Ea die et loco. Testes Iohannes cazaor, Iohannes Bonus, Wilielmus Gallus. Et idem Gregorius portavit de suis lib. .xii.

1222. *Giovanni Bono, Iosberto e Guglielmo Musso contraggono una societas.* 11 ottobre 1191.

Et Wilielmi Mussi] (3).

Confitetur (4) Iohannes Bonus se habere in societate a Iosberto et a Wilielmo Musso, de societate eorum, lib. .c. et de suis lib. .xvi., causa negociandi in botea usque dum placuerit eis. Et tractis (5) lib. .xii. pro expensis suis ad rationem anni (6), et expensis botee, promittit dare eis medietatem proficuj quod Deus dederit bona fide, et capitale, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Iohannes cazaor, Wilielmus Gallus.

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXI. Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) Cancellato: de.

(3) Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXII.

(4) Cancellato: OttoBonus.

(5) Cancellato: ex.

(6) In sopralinea: ad rationem anni.

1223. *Gallo contrae una societas col fratello Guglielmo e una accomendatio con Ricomanna.* 11 ottobre 1191.

Wilielmi Galli, Ricomanne].

Confitetur Gallus se portare in societate a Wilielmo Gallo suo fratre lib. .lv. et de suis lib. .xx. Septam et inde quo sibi videbitur causa negociandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negociandi. In domo Ingonis de Flexia, ea die. Testes Iohannes cazaor, Amanthus Ricomanne de Mari (1). Et a Ricomanna lib. .l., ad quartam proficuj, similiter. Testes Wilielmus Gallus, Iohannes cazaor.

1224. *Guglielmo Rava contrae una accomendatio con Giovanni da Creiano.* 11 ottobre 1191.

Iohannis de Crejano].

Confitetur Wilielmus Rava se portare in accomendatione a Iohanne de Crejano gamberas .ii. pretii sol. .l., causa vendendi bona fide et implicandi et negociandi, Septam (2) et quo ierit. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Iohannes cazaor, Albertinus de Vultabio. In curia Gontardi, ea die.

1225. *Lanfranco Ricerio affitta a Guglielmo de Loda il suo galeotto perchè venga armato per la Spagna.* 12 ottobre 1191.

Lafranci Ricerii, et Wilielmi de Loda].

Lafrancus Ricerius locat et dat (3) Wilielmo de Loda suum galeotum ad armare in Ispaniam, (4) taliter quod Lafrancus dat lignum bene sarciatum omnibus necessariis. Et debet habere quintum boni quod fuerit pro ligno, et quartum quinti unius (5) pro naucleria sine expensis tamen Lafranci. Et Lafrancus debet armare (6) medietatem ligni et Wilielmus aliam medietatem. Et lucrum quod fuerit per medium debebit dividi. Et ita convenient et promittunt ad invicem attendere et contra non venturos in aliquo pre-

(1) Segno di paragrafo.

(2) In soprallinea: Septam.

(3) In soprallinea: locat et dat.

(4) Cancellato: et ipse promittit medietatem armare

(5) In soprallinea: quinti unius.

(6) Cancellato: aliam.

dictorum, sub pena lib. .l. stipulata vicissim. Et Wilielmus confitetur se recepisse a Lafranco lib. .xxx. pro armare medietatem ligni. Testes Poncii Trasudatus, Wilielmus Bermundus, Peirus Sicardus, Wilielmus Giraldi. Sub volta Fornariorum, die .xii. octubris.

1226. *Guidoto Maino da Milano loca a Rolando di Bordello un ronzino per andare a Troyes.* 13 ottobre 1191.

[*fo. 64 r.*] *Guidoti Maini].*

Guidotus Mainus de Mediolano locat Rolando de Bordello runcinum unum, causa ducendi ad feriam Sancti Ramedii de Trex, pro sol. .xxxii. (1) et quietus est. Et si duxerit ad feriam de Laniaco, dare promittit sol. .xxii. pro vectura. Et inde promittit reducere equum sanum et salvum. Et si non reduxerit, pretio equi dare promittit lib. .vi. den. jan., sub pena dupli. Set si foret magagnatus, magna sit in arbitrio bonorum hominum, et tantum quantum non serveretur equus computaretur in precio. Et si non attenderit ut supra Rolandus, Wido Bilissimus promittit attendere pro eo, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et ita quod in reditu equi, si non redderetur hec carta, et ob hoc equus remaneret apud Widonem vel conductorem, expense equi forent super locatore. In statione Curie Feni, die .xiii. octubris. Testes Philippus Azopardus, Rolandus Lucensis.

1227. *Amico, pellizarius, figlio del fu Pietro di Moro, dà quitanza della dote alla moglie Sibilla, figlia di Guidone de La Mandrella, e le costituisce l'antifatto.* 14 ottobre 1191.

Patrimonium Sibilie].

* Confitetur Amicus pellizarius filius quondam Petri de Moro se habuisse de dote sue uxor Sibilie, filie Widonis de Lamandrella, lib. .xv., inter denarios et vinterra (2) que fuit matris Sibilie ad Sejestri, in ora que dicitur Padu, et quietum se clamat et pagatum. Et quam terram ponit pretio sol. .c. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis tantum quod bene valeat lib. .x., ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda ei pignori obli-

(1) .xxxv. cambiato in .xxxii.

(2) Sic! Per et in terra (?).

gat. In curia Gontardi, die .xiii. octubris. Testes Albertus de Lamandrella, Iohannes Augustinus, BonusMatus de Lamandrella, Iohannes nepos Pelegrini.

1228. *Guido da Sestri Levante pagherà ad Amico, pelzarius, una somma per la dote della figlia Sibilla entro l'anno.* 14 ottobre 1191.

Amici pellizarij].

Promittit Wido de Sejestri se daturum Amico pellizario, pro dote sue filie Sibilie, lib. .v. usque ad annum proximum. Et si terra de Padu quam dedit pro. sol. .c. minus valuerit vel fuerit appre- ciata, promittit completere pro ea usque in sol. .c. sub pena dupli in suis bonis. Ea die et loco et testibus. Iurat etiam ita attendere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et nisi justo Dei impedimento.

1229. *Ottone Damiano e Raimondo, fratelli, pagheranno a Suzubono una somma all'ottava dell'anno nuovo.* 15 ottobre 1191.

Suzuboni] (1).

Confitentur Oddo Damianus et Raimundus frater eius se datus Suzubono lib. .XLVII. ad octavam (2) anni novi proximi pro cen- tenariis .III. zinziberis, sub pena dupli, in solidum, abrenuncian- tes juri solidi et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .XV. octu- bris. Testes Ogerius de Cartagenia, Martinus de Albario.

1230. *Fulco Trajolo e Andrea da Ponte Nuro, e Arduino Advo- carius da Piacenza, pagheranno una somma a Marchisio Gallo e a Rubaldo Pezulino all'ottava di San Martino.* 15 ottobre 1191.

Marchesij et Rubaldi].

Confitentur Fulco Trajolus et Andreas de Ponte Nuro et Ardui- nus Advocarius de Placentia se datus Marchesio Gallo et Rubal- do Pezulino lib. .LXXXVIII. ad octavam sancti Martini proximi, pro coriis, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Lantelmus de Placentia debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem pri-

(1) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 127.*

(2) *Cancellato:* natalis Domini.

mo conveniri et omni iuri. In curia Gontardi, die .xv. octubris.
Testes Wilielmus Vetulus, Vasallus censarius.

1231. *Matelda figlia del fu Giovanni Malocello, vende a Salomone e a Ottaviano da Sestri Ponente due terreni in Lardaira. 15 ottobre 1191.*

Salamonis de Sesto. Ottaviani de Sexto].

Matelda quondam filia Johannis Malocelli vendit Salamoni de Sexto tabulas .ii. terre positas in Sexto, in ora que dicitur Lardaira (1), cum muro que est ante frontem usque in aqua maris. Et debent esse quadre. Et ubi voluerit super terram eius dimissis tabulis .ii. ex parte ripe. Quas duas tabulas cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo vendit ei pretio lib. den. jan. .viii. Et juxta tabulas duas quas vendidit Salamoni in Sexto in Lardaira, vendit Ottaviano de Sexto duas tabulas terre quadratas cum omni suo iure, pretio lib. .viii. den. jan., et de pretio clamat se quietam et pagatam. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos eis cedit. Et possessionem cum dominio eis confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque heredes eis eorumque heredibus defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda eis stipulantibus pignori obligat, sicut pro tempore valuerit, ab renuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et facit hec consilio et auctoritate sui parentis Jauni de Justa (2). Sub porticu Josberti, ea die. Testes Rogerius Noxentius, Mollazano de Volta.

1232. *Ogerio Dafassato contrae una accomendatio con Oberto di Calce e con Grillo. 15 ottobre 1191.*

Oberti de Calce, et Grilli] (3).

Confitetur Ogerius Dafassato se portare in accomendatione ab Oberto de Calce lib. .x. et a Grillo lib. .x., in ascerio (4) Enrici Nevitelle quo (5) ducta (6) fuerit illud lignum (7), causa nego-

(1) Sardaira (?).

(2) *Il notaio lascia in bianco uno spazio sufficiente per 4-5 parole.*

(3) Pubblicato in CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LXIII.

(4) ascerio in sopralinea su nave cancellato.

(5) *Cancellato*: ier.

(6) *Sic!*

(7) *lignum in sopralinea su navis cancellato.*

ciandi bona fide, ad quartam proficuj. Et de quibus libris Oberius de Calce dat licentiam faciendi societatem cum Bajamonte Barlaia. In reditu vero Januam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Rolandus gener Ricci de Clavica, Martinus de Albario. Sub volta Fornariorum, die .xv. octubris. Et Obertus de Colodri, a Grillo lib. .vii. et de suis lib. .iii $\frac{1}{2}$., in eodem ligno et quo ierit. Testes Arduinus de Canneto, Obertus de Calce, Michel de Monoasca.

1233. *Guglielmo Monaco e Oberto da Valfenera pagheranno una somma a Buonvassallo Gombaro nell'ottava del carnevale.* 15 ottobre 1191.

Bonivasalli Gamberi] (1).

Confitemur Wilielmus Monacus et Obertus de Valfenera se daturos Bono Vasallo Gombaro lib. den. jan. .ccccxxvii. et sol. .xvii. ad octavam carnislevaminis proximi, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Gandulfus de Aqua et Belardus de Valfenera et Opizo Arancaboscus et Ubertus Monacus debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Et sunt ista de societate quam habet cum Picamilio et cum Zirbino. Ea die, in statione Ansaldi Lecavele. Testes Obertus Blancus, Martinus Curtus, Jacomus de Sala, Bonavida Lavaninus de Campo.

1234. *Oberto da Valfenera pagherà una somma a Drogo di San Lorenzo all'ottava della Purificazione.* 16 ottobre 1191.

[fo. 64 v.] Drogij] (2).

Confitemur Obertus de Valfenera se daturum Drogo de Sancto Laurentio lib. .xlvi. ad octavam purificationis sancte Marie proxime, sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Suzusbonus, Wido tornaor, Laurentius Villanus. Sub volta Fornariorum, die .xvi. octubris, .mclxxxxxi., inductione .viii.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 128.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 129. Nel margine superiore: In octubre.

1235. *Giovanni di Campello e Paxia, coniugi, pagheranno una somma a Oberto Bucutio entro il prossimo anno. 16 ottobre 1191.*

[Oberti Bucutij].

Confitentur Johannes de Campello et Paxia jugales (1) se daturos Oberto Bucutio lib. .xxii. usque ad annum proximum (2), sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et ipsa abrenuncians legi Julie, juri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec omnia consilio Wilielmi Calige Rubee et Oberti de Veredeto vicinorum. In botea nepotum Rolandi Suzupili, ea die. Testes Martinus de Brosano et consiliatores.

1236. *Oberto di Veredeto si accorda con Oberto Bucutio circa una societas che ha con lui. 16 ottobre 1191.*

[Oberti Bucutij] (3)].

Confitetur Obertus de Veredeto (4) esse in botea in societate quam habet cum Oberto Bucutio, ad eodem Oberto, tot res de rebus heredum Rufini, unde Obertus Bucutius (5) debet trahere ad opus illorum minorum lib. .lv. usque ad annum, voluntate (6) prefati Oberti de Veredeto. Ea die et loco et testibus.

1237. *Martino di Brosano e Rubaldo Lavanino pagheranno una somma a Oberto Bucutio entro l'anno. 16 ottobre 1191.*

[Oberti Bucutij]].

Confitetur Martinus de Brosano et Rubaldus Lavaninus (7) se daturos Oberto Bucutio lib. .v. et sol. .xii., usque ad annum, sub pena dupli et in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Ea die et loco. Testes Wilielmus Caliga Rubea, Obertus de Veredeto, Johannes de Campello.

1238. *Stefano di Zartex consegnerà a Lanfranco Ricerio nel porto di Deiva entro la metà di dicembre, mercanzie varie. 16 ottobre 1191.*

(1) *In soprallinea:* et Paxia jugales.

(2) *Cancellato:* quas prestavit amore.

(3) Questo documento, il precedente e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(4) Obertus de Veredeto *in soprallinea* su Wilielmus Caliga Rubea *cancellato*.

(5) *In soprallinea:* Bucutius.

(6) *Cancellato:* Wilielmi.

(7) *In soprallinea:* et Rubaldus Lavaninus.

Lafranci Ricerij].

*Promittit Stephanus de Zartex se daturum Lafranco Ricerio, in portu de Deva usque ad medium decembris, columpnellos .xii. petre vermilie de Paxano, pro sol. .iii $\frac{1}{2}$. columpnellum (1), longos palmorum .v. et grossos sumissi .i., et capitellos .xii. pro den. .xiii. capitellum, sub pena dupli in suis bonis. Et sol. .xx. confitetur se recepisce ab eo. Et magister Guarnerius debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Obertus Boletus.

1239. *Enrico Alfer pagherà una somma a Ottone di Castello alla Purificazione. 17 ottobre 1191.*

Ottonis de Castello].

Confitetur Enricus Alfer se daturum Ottoni de Castello lib. den. jan. .LXXVII $\frac{1}{2}$. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et Opizo Arancaboscus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Testes Rainaldus de Albizola, Ogerius Zarela, Wilielmus de Caffara. Sub volta Fornariorum, die .xvii. octubris.

1240. *Opizo Arancabosco pagherà al medesimo una somma alla stessa data. 17 ottobre 1191.*

[Ottonis de Castello] (2)].

Et Opizo Arancaboscus similiter ad eundem terminum dare promittit eidem Ottoni lib. .XXXVIII. et sol. .v., sub pena dupli. Et Enricus Alfer debitor sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco et testibus.

1241. *Guglielmo Parvo da Canneto pagherà una somma a Roberto Grasso alla domenica delle Palme. 17 ottobre 1191.*

Roberti Grassi].

Confitetur Wilielmus Parvus de Canneto se daturum Roberto Grasso lib. .xxv. in ramis olivarum proximis, sub pena dupli. Ea

(1) Cancellato: et capit.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 130. Questo documento e il precedente sono collegati fra loro mediante una linea verticale ondulata, in margine.

die et loco. Testes Wilielmus de Fontanejo, Martinus de Albario, Johannes cazaor.

1242. *Pietro Guitono di Asti, habitator di Albenga, pagherà una somma a Ugone de Porta all'ottava degli Ognissanti. 17 ottobre 1191.*

Hugonis de Porta, Nicole Tenevelli] (1).

Confitetur Petrus Guitonus de Ast qui habitat in Albengana se daturum Hugoni de Porta lib. .xv. ad octavam omnium sanctorum proximam (2). Et Nicole Tenevello lib. .xxx. ad sanctum Andream, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Rubaldus de Modo. Ea die et loco.

1243. *Belardo di Valfenera pagherà una somma a Bernardo, nipote di Rosso banchiere, e allo stesso Rosso, alla Purificazione di Maria. 17 ottobre 1191.*

Bernardi] (3).

Confitetur Belardus de Valfenera se daturum Bernardo nepoti Rubei bancherij et eidem Rubeo (4) lib. den. jan. .c. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus et Obertus de Valfenera debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ogerius de Cartagena, Aimirigus nepos Johannis Scribani, Wilielmus Rizisom. Sub volta Fornariorum, ea die.

1244. *Bonifazio de Volta dà quitanza di somme ricevute da Oberto Daneso. 17 ottobre 1191.*

Oberti Danesi].

Confitetur Bonifatius de Volta se recepisse ab Oberto Daneso sol. .xl. de preterito anno, et de presenti anno sol. .xl., et quietum se clamat de his lib. .iii., que sunt de debito quod Obertus debet dare Bonifatio occasione laudis quam habet super eum. Ante domum Helion de Clavica, ea die. Testes Lafrancus de Volta, Genardus Danesus, Paxius de Luca.

(1) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 131.

(2) In *sopralinea*: ad octavam omnium sanctorum proximam.

(3) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 132.

(4) In *sopralinea*: et eidem Rubeo.

1245. *Rolando di Gavi e Giovanni Battezzato si riconoscono debitori di una somma per cuoio fornito da Guglielmo Rataldo.*
18 ottobre 1191.

Wilielmi Rataldi].

Confitentur Rolandus de Gavio et Johannes Baptizatus se cepisse tot coria (1) a Wilielmo Rataldo unde ei dare promittunt lib. den. jan. .cxvi. et sol. .xvi.: ad Domini natale terciam partem, et duas partes ad purificationem sancte Marie proximam. Et due partes sunt Rolandi et tercia Iohannis. Et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant, sub pena dupli, insolendum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Fredentio Gontardus, Germanus, Restufatus censarius. Sub porticu Ingonis Longi, die .xviii. octubris.

1246. *Tebaldo Reversolo pagherà una somma a Baiamonte Barlaira alla metà della prossima quaresima.* 18 ottobre 1191.

Bajamontis Barlaire] (2).

Confitetur Tebaldus Reverzolus se daturum Bajamonti Barlaire lib. .lxxx. ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Et Belardus de Valfenera debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Bartholomeus Porcellus, Rogerius Caldinus, Jordanus de Mari. Ea die et loco.

1247. *Simone figlio del fu Simone di Bisagno dà quitanza della dote della moglie e le costituisce l'antifatto.* 18 ottobre 1191.

[fo. 65 r.]

Confitetur Simon filius quondam Nicole de Bisanni se habuisse de dote sue uxoris Algue filie Ogerii de Podio lib. .xvii. et quietum se clamat a suo socero et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis tantum quod bene valeat lib. .viii. ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Janue (*incompleto*).

1248. *Costituzione di dote di Alga, figlia di Ogerio di Podio.* 18 ottobre 1191.

(1) *In soprallinea*: coria.

(2) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 133.

Patrimonium Algue].

Ogerius de Podio dat et cedit Simoni filio quondam Nicole de Bisanni pro dote sue filie Algue uxoris eiusdem Simonis tantum inter denarios et massaritia et totum suum posse quod dat pro dote eius que ponunt et appretiant lib. .xvii., ex quibus lib. .xvii. in predictis clamat se quietum et pagatum. Quam dationem sive (1) cessionem facit ei sub tali conditione: quod Simon promittit ei dare victum et vestitum convenienter ut deceat eum usque dum vixerit, et sol. .xxx. ad obitum eius. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat ei in suis bonis tantum quod bene valeat lib. .viii., ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Janue. Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda suo socero recipienti pro filia pignori obligat. Jurat etiam attendere ut supra per omnia bona fide et sine fraude et contra non venturum. Et hanc cartam dotis et donationis et obligationis, et pactum ut supra tenere et habere firmum et ratum. Et facit hec omnia consilio suorum parentum Johannis Bechi et Baroni Bergognoni. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Maimonus de Sosilio, Rubaldus Castellanus, Ido Antiguus. Et confitetur esse majorem annis .xxii.

1249. Bartolomeo Porcello dona a Rogerio Caldino un'ancella, Sofia. 18 ottobre 1191.

Rogerij Caldini].

Bartholomeus Porcellus dat et cedit et donationem inter vivos facit Rogerio Caldino, de sarda .i., nomine Sofia, pro ancilla. Quam habeat, teneat, et quiete possideat sine omni sua et heredum omniumque pro sua contradictione, et quicquid voluerit faciat proprio iure. Et quam ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte sicut pro tempore valuerit, omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat. Sub porticu Ingonis Longi, die .xviii. octubris. Testes Martinus ligaor, Oditio Raimundes, BonusIohannes Guertius, Wilielmus capellerius.

1250. Bergognone figlio del fu Vasallo di Arenzano dà quitanza della dote della moglie Bonafiglia. 19 ottobre 1191.

(1) *Cancellato*: dation.

Bauditionis de Cudeleto].

*Confitetur Bergognonus filius quondam Vasalli de Arenzano se recepissee (1) a Bauditione filio quondam (2) BoniFantis de Cudeleto sol. .xl., pro dote sue uxoris Bonafilie, quos debebat recipere et habere in terra de Calmo, sicut continetur in carta dotis eiusdem Bonafilie. Et quibus sol. .xl. ipse clamat se quietum et pagatum. Sub porticu Fabiani Crispini, die .xviii. octubris. Testes Wilielmus Azacuda, Marchesius de Rumol.

1251. *Rolando di Canneto pagherà una somma ad Oberto di Valfenera o a Rolando di Viver nel prossimo anno. 19 ottobre 1191.*

[Oberti de Valfenera] (3).

Confitetur Rolandus de Canneto se daturum Oberto de Valfenera vel Rolando de Viver (4) lib. den. jan. .xxiiii. et sol. .mi. ad annum novum proximum, sub pena dupli. In botea Oberti Porci, die .xviii. octubris. Testes Manfredus Guertius, Wilielmus (5) nepos Wilielmi Mussi.

1252. *Guglielmo Collo Grois pagherà una somma a Oberto di Valfenera o a Rolando di Viver nel prossimo anno. 19 ottobre 1191.*

[Oberti de Valfenera]].

Confitetur Wilielmus Collum Grois se daturum Oberto de Valfenera vel Rolando de Viver lib. den. jan. .xxiiii. et sol. .iii. ad annum novum proximum, sub pena dupli. In botea heredum Bernardi Aspironi, ea die. Testes Manfredus Guertius, Wilielmus Mussus nepos Wilielmi Mussi.

1253. *Guido di Portovenere pagherà una somma a Oberto di Valfenera o a Rolando di Viver nel prossimo anno. 19 ottobre 1191.*

[Oberti de Valfenera]].

Confitetur Wido de Portu Veneri se daturum Oberto de Valfenera.

(1) *Cancellato:* a Bla.

(2) *Cancellato:* Blanci.

(3) *Questo documento e i tre seguenti sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine. Furono pubblicati come un unico documento in Rosso G., op. cit., doc. 134.*

(4) *In soprallinea:* vel Rolando de Viver.

(5) *Cancellato:* mus.

vel Rolando de Viver lib. .xxiii. et sol. .iii. ad annum novum proximum, sub pena dupli. Ea die et testibus. In botea Mabilie de Le-
cavelis.

1254. *Armanno, draperius, pagherà una somma agli stessi, allo stesso modo.* 19 ottobre 1191.

[Oberti de Valfenera].

Armannus draperius eisdem, lib. .xiii., ad eundem terminum, similiter. In botea Belmusti, ea die et testibus.

1255. *Opizone Arancabosco e Oberto di Valfenera pagheranno una somma a Ottone di Langasco e a Guglielmo fratello di Giovanni Parvo alla festa di S. Andrea.* 19 ottobre 1191.

Ottonis de Langasco] (1).

Confitetur Opizo Arancaboscus et Obertus de Valfenera se daturos Ottoni de Langasco et Wilielmo fratri Iohannis Parvi lib. .lx. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Raimundus Unaldus, Martinus Curtus. In botea Iordani Ricerij, ea die.

1256. *Raimondo Unaldo pagherà una somma a Opizone Arancabosco a San Martino.* 19 ottobre 1191.

Opizonis Arancabosci].

Confitetur Raimundus Unaldus se daturum Opizoni Arancabosco lib. .xxv. ad sanctum Martinum, sub pena dupli. Testes Martinus Curtus, Otto de Langasco. Ea die et loco.

1257. *Oberto di Valfenera mutua una somma da Michele di Fontanamarosa con la fideiussione di Tebaldo Reverzolo.* 19 ottobre 1191.

Michel] (2).

Confitetur Obertus de Valfenera se cepisse mutuo a Michele de Fontana Marosa lib. .xx., quas promittit ei reddere ad annum novum proximum, sub pena dupli. Et Tebaldus Reverzolus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur princi-

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 135, dove i due documenti 1255 e 1256 sono pubblicati in uno.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 136, unito al seguente.

palem debitorem primo conveniri. Testes Otto de Langasco, Ogerius de Cartagenia. Sub volta Fornariorum, ea die.

1258. *Oberto di Valfenera pagherà una somma a Guglielmo Malfiliastro a metà quaresima con la fideiussione di Guglielmo Monaco.* 19 ottobre 1191.

[*Wilielmi Malfiliastri*].

Confitetur Obertus de Valfenera se daturum Wilielmo Malfiliastro lib. den. jan. .LXXX. ad medium .XL. proximam, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In statione Ansaldi Lecavele, ea die. Testes Wilielmus de Aldo, Manfredus Guertius, Obertus de Sori.

1259. *Guidotto, tintore, pagherà a Bernardo, nipote di Rosso banchiere, o a Rosso una somma due giorni dopo la festa di Ognissanti ed obbliga a lui in garanzia alcune pezze di stoffa.* 19 ottobre 1191.

[*Bernardi*].

Confitetur Widotus tinctor se daturum Bernardo nepoti Rubei bancherij vel Rubeo lib. .XLIII. et sol. .v. ad duas dies post festum omnium sanctorum proximum. Et inde ei pignori obligat petias .VIII. brunetas de Ipra et vermilias .II. de Ipra, quod pignus Raimundus Unaldus confitetur habere in accomendatione a Bernardo, voluntate Widoti et ad fortunam Widoti, tali pacto: ut si non fuerit pagatus Raimundus promittit dare predictos denarios vel pignus, sub pena dupli abrenuncians omni iuri (1), et ipse faciat quicquid voluerit proprio iure pro vendere (2) vel pro impignorare pro suo pagamento. Testes Baudetus filius Wilielmi Adrichti, Wido de Portu Veneri. Sub volta Fornariorum, ea die.

1260. *Panitia di Albenga pagherà una somma a Simone di Iser a San Martino.* 19 ottobre 1191.

[*fo. 65 v.*] (3) *Simonis de Iser*].

Confitetur Panitia de Albengana se daturum Simoni de Iser lib. .VII. ad sanctum Martinum proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .XVIII. octubris. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Rizisom. .MCLXXXI., indictione .VIII.

(1) *Per postilla*: abrenuncians omni iuri.

(2) *Cancellato*: et.

(3) *Nel margine superiore*: In octubre.

1261. *Grillo pagherà una somma a Pietro Oldraco a S. Andrea*
19 ottobre 1191.

Confitetur Grillus se daturum Petro Oldraco lib. .xx. et sol. .vi.
ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli in suis bonis.
In curia Gontardi, die .xx. octubris. Testes Belengerius de Narbona,
Rolandus Lucensis.

1262. *Giovanni, figlio del fu Pietrobono de Bonixinis di Cecrina,*
dà quietanza della dote della moglie Adalasia e le costituisce
l'antifatto. 20 ottobre 1191.

Patrimonium Adalaxie] (1).

Confitetur Iohannes filius quondam Petri Boni de Bonixinis de
Cecrina se habuisse de dote sue uxor Adalaxie sororis Enrici Mo-
lafioni lib. .xl., et quietum se clamat et pagatum. Et donationem
propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis tan-
tum quod bene valeat lib. .xx., ad habendum, tenendum, et quic-
quid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue.
Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda ei
pignori obligat. Et si in suis bonis predicta non possent complere,
Bonbel macellarius et Isimbardus de Predi et Arnaldus Montemajus
et Wilielmus Nonus macellarius promittunt complere in suis bonis,
que omnia ei pignori obligant, abrenunciantes iuri quo cavetur:
ne fideiussores dotium vel mandatores dentur, et omni iuri et au-
xilio. Ita tamen se obligant ut ex quo predictus Iohannes habuerit
in districtu Ianue valens lib. .c. sint liberi ab hac obligatione. In
domo Enrici bancherij in Campo, die .xx. octubris. Testes Enricus
bancherius, Rolandus Calauronus, Wilielmus nepos eius, Gonber-
tus frater predicti Iohannis, Rolandus macellarius, Belengerius
Calafat.

1263. *Giacomo Rosso di Buon Pietro di Castello dispone circa i*
beni di Altadonna nei confronti dei « Ferranicenses ». 20 ot-
tobre 1191.

Altadonne].

Si ferranicenses (2) receperint Altadonniam de Centrago in soro-

(1) Il documento è pubblicato scorretto dal GORRINI GIACOMO, Documenti sulle relazioni fra Voghera e Genova (960-1325), doc. XIV.

(2) non cancellato.

rem et tenuerint et (1) honeste (2) tractaverint eam, Iacomus Rubeus (3) Boni Petri de Castello vult ut ipsi de Ferrania habeant omnia bona sua ad proprium. Si vero non receperint eam et tenuerint et honeste non tractaverint vult ut illi habeant solum modo sol. .c., et omnia alia bona sua sint Altadonne ad proprium, et taliter donationem inter vivos facit ei, si tamen ipsa contulerit se ad alium religiosum locum. Et si non contulerit se ad religiosum locum, vult ut habeat usumfructum sue domus usque dum ipsa vixerit et non aliud. Et omnia alia bona sua sint illorum de Ferrania. In domo eiusdem Iacomi, ea die. Testes Wido de Portuveneri, Balduinus Centragus, Albertus Corrigia, Wido magister, Otto magister.

1264. *Trencherio, figlio di Fulcone de Neevnia e Tommaso Silica, vendono a Ugone Laurino una nave.* 21 ottobre 1191.

Hugonis Laurini].

Trancherius filius Fulconis de Neevnia (4) et Thomas (5) Silica vendunt Hugoni Laurino buzum suum cum omnibus sartiis ligni, pretio lib. .xxi., et de pretio clamant se quietos et pagatos. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli stipulata in suis bonis, in solidum abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .xxi. octubris. Testes Wilielmus Pontius, Grillus de Canneto.

1265. *Ogerio da Cartagena pagherà a Simone de Iser una somma a S. Andrea.* 21 ottobre 1191.

Simonis de Iser].

Confiteatur Ogerius de Cartagenia se daturum lib. .lx. Simoni de Iser ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Wilielmus Rizism, Rolandus de Canneto.

1266. *Belardo di Valfenera pagherà una somma a Idone di Pallo alla domenica delle Palme, con la fideiussione di Guglielmo Monaco.* 27 ottobre 1191.

(1) *In soprallinea* et, su vel non cancellato.

(2) *Cancellato*: non.

(3) *In soprallinea*: Rubeus.

(4) *Eug cancellato e ne in soprallinea; euneja in linea.*

(5) *Cancellato*: de Sic.

Idonis de Pallo] (1).

Confiteatur Belardus de Valfenera se daturum Idoni de Pallo lib. .lxxx. in ramis olivarum proximis, sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Bernardus nepos Rubei bancherij, Jacomus filius Bernardi bancherij, Bartholomeus filius quondam Enrici Lombardi. Die .xxii. octubris, sub volta Fornariorum.

1267. *Lanfranco Malfiliastro pagherà una somma a Guglielmo Rataldo entro 15 giorni.* 23 ottobre 1191.

Wilielmi Rataldi].

Promittit Lafrancus Malfiliaster se daturum Wilielmo Rataldo (2) lib. .cv. den. jan. usque ad dies .xv., pro (3) nave quam vendidit ei et pro sparana .i., precium quarum fuit lib. .cxxxi., sed lib. .xxv sunt pagate. Et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli. In curia Gontardi, die .xxiii. octubris. Testes Ogerius de Pallo, Villanus Axaxinus, Iohannes guardaor.

1268. *La Chiesa di S. Lorenzo dà in locazione una terra a Gerardo Grasso in Sestri Ponente.* 22 ottobre 1191.

Locatio ecclesie Sancti Laurentii, Gerardo Grasso].

Dominus prepositus Ogerius Galleta ecclesie Sancti Laurentii, consilio et auctoritate archidiaconi Ottonis, et domini Anselmi vicecomini, et archipresbyteri Wilielmi, et magistri Cause, et presbyteri Hugonis, et presbyteri Wilielmi, et Jordani et Rustici diaconorum, locat, dat, et cedit Gerardo Grasso de Sexto tabulas .iii. et terram terre in Sexto in Arena. Et est antea via publica, retro terra Sancti Laurentii, a latere edificium Iacomi, ab alio latere edificium Curradi de Prato. Et in alia parte (4) in Sexto locat aliam tabulam minus sextam; et antea est via publica, retro domus Iohannis Canis, a latere edificium Idonis Uldini, ab alia edificium heredum Magnoni, ad tenendum et habendum libellario nomine usque ad annos .xxviii. Quam locationem promittit tenere et habere firmam et ratam per se suosque successores et per suos confratres et ab omni homine defendere et conditioni nichil addere, sub pena lib. .x. Pro pena, bona ecclesie, ei stipulanti, pignori obligat. Et pena so-

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 137.

(2) Rataldo in soprallinea su Malfiliastro cancellato.

(3) Cancellato: mor (?)

(4) Cancellato: in terra o ca.

luta, locatio sit firma. Et Gerardus per se suosque heredes promittit ei tenere, et dare sol. .v. et den. $ii \frac{1}{2}$. in kalendis martii annuatim, nomine pensionis sive conditionis, sub pena lib. .x. stipulata in suis bonis [fo. 66 r.] pro pena et pro conditione. Et pena soluta, et pena, cadat a iure locationis. In pontili canonice Sancti Laurentii, die .xxii. octubris. Testes presbyter Ido de Sexto, presbyter Petrus de Sancto Silvestro, Gerardus clericus de vicedomino, Wilielmus de Montobio. Et promittit idem prepositus eidem Gerardo ut si contingerit predictam terram velle vendi, dare ei tabulam pro den. .xii. minus quam alicui alii.

1269. *Baldone Giliom pagherà una somma a Oberto di Langasco alla Purificazione di Maria con la fideiussione di Enrico Alfer e Belardo da Valfenera. 22 ottobre 1191.*

Oberti de Langasco].

Confitetur Baldonus Giliom se daturum Oberto de Langasco lib. .lxxxxxi. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et Enricus Alfer et Belardus de Valfenera debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes juri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Wilielmus Mussus nepos Wilielmi Mussi, Iohannes capellerius. In statione heredis Opizonis Lecavele, ea die.

1270. *Pietro, fratello di Plicagna, dà quietanza della dote della moglie Porpora, nipote di Oddone di Milazzo e le costituisce l'antifatto. 23 ottobre 1191.*

Patrimonium Purpure].

In domo Ingonis Longi, die .xxiii. octubris. Testes Philippus Cavaruncus, Plicagna, Rubaldus Lavaninus, Iohannes Lavagninus (1). Confitetur Petrus frater Plicagne se habuisse de dote sue uxoris Purpure, neptis Oddonis de Melazo, lib. .xxxii., ab Oddone (2) et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei, et donat in suis bonis lib. .xx. (3) ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat.

(1) *In margine*: ninus.

(2) *In soprallinea*: ab Oddone.

(3) *In soprallinea*: lib. .xx.

1271. *Enrico Alamanno e Raimondo Arzar contraggono una società per traffici in Sardegna e altrove. 23 ottobre 1191.*

Raimudi Arzar].

Confitetur Enricus Alamannus se portare in societate a Raimundo Arzar lib. .x. et de suis lib..v. in Sardiniam et quo ierit causa negotiandi. Et possit mittere et facere sicut faciet de suis (1). In reditu Ianuam (2) reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Testes Rubaldus Pontius, Iohannes Beccus, Thomas de Trex. Sub volta Fornariorum.

1272. *Enrico Alamanno e Giovanni Becco contraggono una società per traffici in Sicilia e altrove. 23 ottobre 1191.*

Enrici et Iohannis Bechi et] (3).

Societatem faciunt Enricus Alamannus et Iohannes Beccus in qua Enricus ponit de suis lib. .c. et Iohannes lib. .lx. causa portandi comuniter in Sardiniam et quo voluerint causa negotiandi et eundo et portando et mittendo et faciendo sicut sibi videbitur causa negotiandi. Et cum eis placuerit, promittunt ad invicem consignare proficuum quod Deus dederit, et capitale. Et salvo capitali cuiusque, proficuum per libram debitum dividitur. Ea die et loco. Testes Raimundus Arzar, Rubaldus Pontius, Thomas de Lundrex. Item, adiunxit Enricus de suis lib. .v. Hisdem testibus.

1273. *Martino di Venderzo e Pietro Barrillari contraggono una società per traffici in Sardegna. 24 ottobre 1191.*

Petri Barrilaris].

Confitetur Martinus de Venderzo se portare in societate a Petro Barrillari lib. .xx. et de suis lib. .x. in Sardiniam causa negotiandi bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem confitetur portare in accomendatione ab eodem lib. .xx., ad quartam proficui que debet reverti ad societatem. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In curia Gontardi, die .xxiii. octubris. Testes Germanus, Wilielmus barberius.

(1) *Cancellato:* ei in Ianua et cum testibus; *in sopravincula et facere sicut faciet de suis.*

(2) *Cancellato:* inde.

(3) *Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXIV.*

1274. *Martino di Albaro pagherà a Balduino il Biondo o a Nicola Tenevello una somma a S. Andrea.* 24 ottobre 1191.

Balduini].

Confitetur Martinus de Albario se daturum Balduino li Blondo vel Nicole Tenevello lib. .xxxii $\frac{1}{2}$. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Wilielmus Rizisom, Martinus draperius.

1275. *Enrico Alfer pagherà una somma a Bernardo, nipote di Rosso banchiere, o a Rosso a S. Andrea, con la fideiussione di Tebaldo Reverzolo.* 24 ottobre 1191.

Bernardi] (1).

Confitetur Enricus Alfer se daturum Bernardo nepoti Rubei bancherij (2) vel Rubeo bancherio lib. den. jan. .cv. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli. Et Tebaldus Reverzolus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Coenna Lucensis, Imbertus de Verzellato. Ea die et loco.

1276. *Nazario Gropo pagherà una somma a Guglielmo Musso e a Iosberto all'ottava di S. Martino.* 24 ottobre 1191.

Wilielmi Mussi et Iosberti].

Confitetur Nazarius Gropus se daturum Wilielmo Musso et Iosberto lib. .lxviii. minus sol. .ii. ad octavam sancti Martini proximi sub pena dupli. In statione heredis Opizonis Lecavele, ea die. Testes Bartholomeus Bacemus, Martinus Curtus.

1277. *Rufino di Canneto e Guglielmo di Alba pagheranno una somma a Guglielmo Buonadonna a S. Andrea.* 24 ottobre 1191.

Wilielmi Bonadonne].

Confitetur Rufinus de Canneto et Wilielmus de Alba se datus Wilielmo Bonadonne lib. .xlvi. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .xxiii. octubris. Testes Ogerius de Cartagenia, Otto canzellerius.

1278. *Pandolfo Figal vende ad Amico, macellaio, una schiava saracena.* 24 ottobre 1191.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 138.

(2) Cancellato: unde ei vel (?).

Amici macellarij].

* Testes Belengerius de Narbona, Peirus BonaFides, Iohannes Toranus. In curia Gontardi, ea die. Gandulfus Figal vendit Amico macellario sarracenam .i., Maimonam nomine, pro ancilla non furata nec ablata, pretio lib. .iii., et quietum se clamat. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut de cetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit.

1279. *Guglielmo Parvo pagherà una somma a Nicola Tenevello alla domenica delle Palme.* 26 ottobre 1191.

Nicole Tenevelli].

Confitetur Wilielmus Parvus de Canneto se daturum Nicole Tenevello (1) lib. .XLII $\frac{1}{2}$. in ramis olivarum proximis, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Ogerius de Cartagenia. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis octubris.

1280. *Raimondo Balbo vende ad Alda, moglie di Uberto Guarton, una schiava saracena.* 26 ottobre 1191.

Alde uxoris Oberti Guarton].

Raimundus Balbus vendit Alde uxori Oberti Guarton sarracenam .i., Fatimam nomine, pro ancilla non furata nec ablata, pretio sol. .xx., et quietum se clamat. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ut de cetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Testes Obertus ferrarius de Fossato, Zacarias de Castello, Wilielmus de Dataro. Sub volta Fornariorum, ea die.

1281. *Raimondo di Castagneto e Lanfranco di Castello contraggono una societas per affari in Sardegna.* 27 ottobre 1191.

[*jo. 66 v.*] (2) Lafranci de Castello].

Confitetur Raimundus de Castagneto se portare in societate a Lafranci de Castello lib. .x. et de suis lib. .v. in Sardiniam causa negociandi bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit

(1) Tenellvello cambiato in Tenevello.

(2) Nel margine superiore: In oct[ubre].

mittere ei in Ianua et cum testibus. In curia Gontardi, die .v.
exeuntis octubris. Testes Vasallus de Molino, Bernardus de Mari.
.MCLXXXI., indictione .viii.

1282. *Ottone di Langasco contrae una accomandacio con Berta,
sua suocera. 27 ottobre 1191.*

Berte] (1).

Confitetur Otto de Langasco se habere in accommodatione a Berta
sua socera lib. .c., causa negociandi cum suis in terra. Ex proficuo
quarum promittit ei dare victimum et vestitum convenienter sicut de-
cuerit eam. Et cum ei placuerit, promittit reddere capitale, in eius
ordinamento. Testes Wilielmus calderarius, Iohannes filius Mar-
cuini de Valle. In domo Petri Venti, ea die.

1283. *Ottone di Langasco dà quitanza della stradote della moglie
Giovanna. 27 ottobre 1191.*

Strados Iohanne].

Confitetur Otto de Langasco se habuisse de stradote sue uxoris
Iohanne lib. .xx., et quietum se clamat et pagatum. Quas libras
.xx. dedit sibi mater sua, ut eadem mater sua confitetur. Et inde
omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Ea die et loco
et testibus.

1284. *Amico, del fu Lanfranco Visiolo di Albaro, e Giovanna co-
niugi vendono a Filippo Cavarunco un terreno in Albaro. 27
ottobre 1191.*

Philippi Cavarunci].

Sub porticu heredum Ioyathe Cavarunci, ea die. Testes Iohannes
Boletus, Oddonus de Melazo. (2) Amicus quondam Lafranci Vixioli
de Albaro et Iohanna iugales vendunt Philippo Cavarunco totam
terram quam videntur habere et possidere in Albaro in Panigaja. Et
est faxe .iii. Et totum quod per eos poterit invenire (3) cum omni
iure et comodo et utilitate et cum omnibus superpositis, pretio lib.
.viii. den. jan., et quietos se clamant et pagatos. Et quod plus valet,
titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem
cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo pro-

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LXV.

(2) Cancellato: Iohannes.

(3) In margine: per eos poterit invenire; cancellato: videntur habere et possidere.

prio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli. Et pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant, sicut pro tempore valuerit, et in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Julie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec omnia consilio et auctoritate (1) Stephani de Saleto et Donum Dei de Viganeo parentum. Iurat ita attendere et contra non venturum. Et confitetur habere (2) annos .xxv.

1285. *Alberto Repelardo vende a Simone Peloso un terreno pro indiviso, in Fontanella. 29 ottobre 1191.*

Simonis Pilosi].

Testes Wilielmus Ariot, Vivaldus Carenzius, Albertus Velacinus, Petrus de Velazo. Sub volta Fornariorum, die .iii. exeuntis octubris. Albertus Repelardus (3) nepos Baldini vendit Simoni Piloso quartam petie unius in valle de Sejestri, in ora que dicitur Fontanella, pro indiviso cum Bellenda et cum Andrea et cum consortibus. Et est ab una parte terra emptoris, ab alia via publica qua tenditur ad plebem, a tercia terra Comiter. Pretio sol. .xiii. den. jan. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et de pretio clamat se quietum et pagatum. Et possessiōnem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit.

1286. *Ogerio Guercio, figlio del fu Guglielmo Guercio, dà quietanza della dote della moglie Sofia. 29 ottobre 1191.*

Patrimonium Sophie].

Confitetur Ogerius Guertius filius quondam Wilielmi Guertij se habuisse de dote sue uxorise Sophie filie Drogi de Sancti Laurentio, ab eo, lib. den. jan. .c., et quietum se clamat et pagatum. Et inde omnia bona sua habita et habenda, Drogo recipienti pro filia, pignori obligat. Iurat etiam hanc cartam dotis et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum. Et confitetur esse maiorem annis .xxiiii. Et facit hec omnia consilio sui

(1) *Cancellato*: Lafranci.

(2) *Cancellato*: circa ann.

(3) *Cancellato*: vendit.

fratris Opizonis et Simonis Lecanoce parentis (1). In pontili Capituli, die .mii. exeuntis Octubris. Testes Rubaldus Tarallus et consiliatores.

1287. *Guglielmo dei Cavarunci, Filippo Cavarunco e Nicola Malfant contraggono una societas per traffici commerciali.* 30 ottobre 1191.

Philippi Cavarunci et Nicole Malfant]. (2).

Confitetur Wilielmus de Cavaruncis se portare in societate a Philippo Cavarunco lib. .x. et a Nicola Malfant lib. .x. et de suis lib. .x. Maionicam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et super societatem portat ab eisdem sol. .xx., et a Nicola eodem sol. .xxviii. et den. .viii., et de rebus Enrici Gerundie sol. .c., et Altilie uxoris quandam Angelerij de Mari sol. .c., et Adalaxie sororis predicti Nicole sol. .xxxii., ad quartam proficui omnes predictas libras que sunt super societatem, et proficui quarum quarta debet reverti ad societatem. Et proficuum et capitale promittit reducere predictis Philippo et Nicole vel eorum certo misso, in reditu Ianuam. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et operari et non defraudare ultra sol. .mii. Testes Iohannes de Donato scriba, Wido magister, Amicus de Capite Fari. Sub porticu Nicole Malfant, die .ii. exeuntis octubris.

1288. *Guglielmo da Alba e Rufino di Canneto contraggono una societas per affari in Pisa.* 30 ottobre 1191.

Rufini] (3).

Confitetur Wilielmus de Alba se habere in societate a Rufino de Canneto lib. .cxii. et de suis lib. .cmi. causa portandi ad Pisas causa negotiandi bona fide. Et salvo capitali, proficuum per medium dividatur. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Lafrancus Ricerius, Widotus tinctor.

1289. *Ugo, taior, pagherà una somma a Simone di Iser otto giorni prima di Natale.* 30 ottobre 1191.

(1) *In soprallinea:* parentis.

(2) *Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXVI.*

(3) *Pubblicato in FERRETTI A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, doc. IX.*

Simonis de Iser].

Confitetur Ugo tajaor se daturum Simoni de Iser lib. .LIII. ad dies .viii. ante natale Domini proximum, sub pena dupli. Ea die. Testes Iohannes de Marino, Obertus de Nicisa. Eo loco.

- 1290.** *Ogerio di Cartagena pagherà una somma a Simone di Iser alla Purificazione di Maria.* 31 ottobre 1191.

[Simonis di Iser]] (1).

Confitetur Ogerius de Cartagenia se daturum Simoni di Iser lib. .LXXXVII $\frac{1}{2}$. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Arduinus de Canneto. Sub volta Fornariorum, die ultima octubris.

- 1291.** *Rolando di Canneto e Guido di Portovenere pagheranno una somma a Guglielmo Collo Grave al 26 dicembre.* 31 ottobre 1191.

[*fo. 67 r.*] *Wilielmi Colli Gravis].*

Promittunt Rolandus de Canneto et Wido de Portu Veneri se datus Wilielmo Collo Gravis (2) lib. .xxiiii. et sol. .iii. ad annum novum proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Tebaldus (3) borraor, Ogerius de Cartagenia, Ido Iuxellus. Sub volta Fornariorum, ea die.

- 1292.** *Martino, draperius, pagherà una somma a Gualtiero Gotefredo Campo o a Gilioto alla domenica delle Palme.* 31 ottobre 1191.

Gualterij].

Confitetur Martinus draperius se daturum Gualterio Gotefredo Campo vel Gilioto lib. .LXXXIII. ad ramos olivarum proximos, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Rizisom. Et Wilielmus Parvus de Canneto lib. .LXXXI $\frac{1}{2}$. in ramis olivarum proximis. Ea die et loco et testibus.

- 1293.** *Sentenza dell'archidiacono Otto nella causa matrimoniale tra Bartolomeo figlio del fu Enrico Lombardo e Simona figlia di Cupario.* 31 ottobre 1191.

(1) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) O Gruis.

(3) Una parola cancellata.

Sententia Bartholomej].

* Dominus archidiaconus Otto, delegatus judex a domino archiepiscopo Bonefacio januense, super causam que vertebatur matrimonii inter Bartholomeum (1) filium quondam Enrici Lombardi et Simonam filiam Cuparij, que petebat eum in sponsum. Quod cum vellet probare, in probationibus destituit, et insuper confessa fuit quod non petebat eum nisi quod volebat se divertere a marito quem habebat. Et quia in fraudem eum petebat et etiam multo peremptoria ei dedit, absolvit eum penitus ab ea, ab omni maritali copula et ab omni exhibitione, ut decetero ei non teneatur aliquo modo. Testes magister Wilielmus Bellutius, magister Causa. In ecclesia Sancti Laurentii, die ultima octubris.

1294. *Giacobino merciaio di Piacenza vende cuoi a Raimondo Trabuco e a Guidone de Scena. 2 novembre 1191.*

IN NOVEMBRE, Widonis de Scena, .vi.].

Confitetur Iacobinus mercerius de Placentia se comparasse, et Raimundus Trabucus, (2) coria .lxiii., a Widone de Scena (3), pretio lib. .xxiii. den. jan. Et de quo pretio idem Wido confitetur se recepisse ab eis lib. .xii., et alias lib. .xii. promittunt dare ei quando dabit coria confecta de alumine et de bolcano bene. Et que coria promittit dare magistro Oberto fratri predicti Raimundi (4) usque ad natale Domini, sub pena dupli. Et ipsi promittunt dare lib. .xii., sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Ogerius de Cartagenia, Arduinus de Canneto. Sub volta Fornariorum, die .ii. intrantis novembris. .mclxxxix., indictione .viii.

1295. *Rainaldo, ferrarius, contrae una accomendatio con Augusto, draperius. 2 novembre 1191.*

Augusti draperij] (5).

Confitetur Rainaldus ferrarius se habere in accommodacione ab Augusto draperio lib. .clxxx. et de suis sol. .lx., causa negociandi in botea bona fide, usque ad annum (6) ad terciam proficuj, et tunc tractis expensis sibi bona fide et botee, dare promittit ei ca-

(1) *Cancellato*: Enricum.

(2) *Cancellato*: tantum.

(3) *Cancellato*: unde ei da.

(4) *Per postilla*: magistro Oberto.... Raimundi.

(5) *Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXVII.*

(6) *Per postilla*: usque ad annum.

pitale et duas partes proficui quod Deus dederit, bona fide. In botea heredis Opizonis Lecavele, ea die. Testes Wilielmus Collum Gravis, Paulus draperius.

1296. *Guglielmo Carena promette a Rolando di Canneto di prestare servizio nella sua bottega per due anni. 3 novembre 1191.*

Roland de Canneto] (1).

Iurat Wilielmus Carena se stare cum Rolando de Canneto in botea usque ad annos .ii. proximos, et facere omnia servicia in botea et extra boteam que fuerint necessaria pro facto botee, et salvare et custodire bona fide res eius et res ei comissas et in botea et extra boteam et non defraudare ultra sol. .v., sub pena dupli de dampno et sub pena lib. .x. pro pacto, in suis bonis. Et facit hec consilio suorum parentum Oberti afaitaor et Arnaldi Guasci calegarii. Et Rolandus promittit tenere in botea et dare ei per annum lib. .v 1/2., sub pena dupli in suis bonis. In domo Ingonis Longi, die .iii. novembris. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Wilielmus Lutensis, Rogerius Usura.

1297. *Giovanni di Careseto e Pietro della Croce, contraggono una societas per affari in Sardegna. 4 novembre 1191.*

Petri de Cruce et sociorum].

Confitetur Iohannes de Carexeto se portare ab Petro (2) de Cruce, de societate eius et Antuli (3) et Oberti lib. .x., in Sardiniam causa negociandi, ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Sub volta Fornariorum, die .iii. novembris. Testes Iohannes de Roca Tajata, Villanus de Rapallo.

1298. *Matilde, figlia del fu Giovanni Malocello, vende a Marchesio, fratello di Bivino da Sestri Ponente due tavole di terra in Sestri Ponente. 3 novembre 1191.*

Marchesii de Sexto].

Matelda filia quondam Iohannis Malocelli vendit Marchesio fratri Bivini de Sexto tabulas duas terre in Sexto, in ora que dicitur Lar-daira, iuxta duas tabulas terre quas vendidit Ottaviano de Sexto,

(1) Il documento sembra leggermente cancellato.

(2) Petro in soprallinea su Antulo cancellato.

(3) Antuli in soprallinea su Petri cancellato.

canellas duas per frontem usque in mare (1) et canellas duas (2) retro, et a latere canellas quatuor. Quas tabulas duas vendit ei cum omni suo jure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo, pretio lib. .viii. den. jan., et quietam se clamat et pagatam. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum proprio iure quicquid voluerit sine omni eius omniumque pro ea contradictione. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligat, sicut pro tempore valuerit, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et facit hec omnia consilio et auctoritate suorum parentum Janni de Iusta et Petri Merradanti parentum. Sub porticu Ansaldi de Domo, ea die. Testes Salomon de Sexto, Ottavianus de Sexto, et consiliatores.

1299. *Oberto di Vitre, Rodolfo Provinciale e Ubaldo di Selvagneto contraggono una societas per traffici in Sardegna. 3 novembre 1191.*

Rodulfi et Ubaldi].

Confitetur Obertus (3) de Vitre se portare in societate a Rodulfo Proviniali et ab Ubado de Selvagneto (4) lib. .vi. et de suis lib. .iii., in Sardiniam causa negotiandi bona fide. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus, in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Testes Thomas de Trex, Amarigus oblayerius, Wilielmus scriba (5). Et ab eisdem, lib. .iii., ad quartam proficuj, que debet reverti ad societatem. Sub volta Fornariorum, ea die.

1300. *Marino di San Tommaso porta una somma del cognato Guglielmo Gambaldo, in Sardegna per traffici. 3 novembre 1191.*

Wilielmi Gambaldi].

Confitetur Marinus de Sancto Thoma se portare de rebus Wilielmi Gambaldi sui cognati, a Genoardo draperio qui confitetur esse missum eiusdem Wilielmi, lib. .xx. et de suis lib. .v.. in Sardiniam

(1) *In soprallinea*: usque in mare.

(2) *Cancellato*: pes.

(3) *In soprallinea*: Obertus.

(4) *In soprallinea*: et ab Ubado de Selvagneto.

(5) *In sottolinea*: Scriba.

et inde quo sibi videbitur, causa negociandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus in potestate eiusdem Wilielmi vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Ea die et loco. Testes Ogerius de Cartagenia, Marchesius draperius, Wilielmus Gallus.

1301. *Lanfranco Ricerio dichiara di aver ricevuto da Raimondo Unaldo una somma per conto di Guglielmo di Beders. 5 novembre 1191.*

[*fo. 67 v.*] (1) *Raimundi Unaldi*].

Testes Wilielmus Rizisom, Wilielmus barberius, Iordanus. Sub volta Fornariorum, die .v. novembris.

Confitetur Lafrancus Ricerius se recepisse a Raimundo Unaldo lib. .x., quas pagat ei pro Wilielmo de Beders de debito lib. .xx. quas Wilielmus de Beders debebat ei, et quietum se clamat de istis lib. .x.

1302. *Rufino Lombardo e Giordano di Voltri, contraggono una societas per traffici nella Riviera Ligure e in Sardegna. 5 novembre 1191.*

Iordani de Vulturi].

Confitetur Rufinus Lombardus se portare in societate a Iordano de Vulturi, de rebus Matelde uxoris Arditionis de Vulturi, lib. .x. et de suis lib. .v., per riveriam Ianue et in Sardiniam et quo sibi videbitur causa negociandi. In reditu Ianuam promittit vel mittere cum testibus in potestate (2) Matelde vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Ea die et loco. Testes Raimundus Unaldus, Ogerius Fornarius.

1303. *Raimundo Unaldo pagherà una somma a Frumaldo Cortese o a Balduino Cortese. 5 novembre 1191.*

Frumaldi].

Confitetur Raimundus Unaldus se daturum Frumaldo Corteso vel Balduino Corteso lib. .LXXXXV. ad carnislevamen venturum (3) proximum, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Wilielmus Rizisom, Bonus Vasallus Zaritola.

(1) *Nel margine superiore*: In novembre.

(2) *Cancellato*: eius.

(3) *Scritto vetus*.

1304. *Ottobono de Aspirano vende un servo saraceno a Rogerio Noxentio. 7 novembre 1191.*

Rogerij Noxentij].

Testes Marchesius draperius, BonusVasallus Aspironus, Paxius de Luca. Sub volta Fornariorum, die .vii. (1) novembris.

OttoBonus de Aspirano vendit Rogerio Noxentio saracenum .i., Callosum nomine, pro servo non furato nec ablato, pretio lib. vii. de. jan., et quietum se clamat et pagatum de pretio. Et possessio-nem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auc-torizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligat, sicut pro tempore valuerit.

1305. *Algaria e Ottone, suo figlio, promettono a Giovanni, cul-tellerius una dote per la figlia Adele, moglie di Giovanni. 8 novembre 1191.*

Iohannis cultellerij]

Testes Wilielmus SineBrachiis, Baronus Bergognonus sartor, Si-cardus pellizarius. In domo Ogerij Cudege, die .viii. novembris.

Promittunt Algaria et eius filius Otto se daturos Iohanni cultellerio lib. den. jan. .x. pro dote Aidele uxoris eiusdem Iohannis, usque ad duos annos proximos, sub pena dupli, in solidum, abrenun-ciantes iuri solidi et omni iuri.

1306. *Giovanni, cultellerius, dà quietanza della dote della moglie Adele. 8 novembre 1191.*

Patrimonium Aidele].

Confitetur Iohannes cultellerius se habuisse de dote sue uxoris Aidele lib. .xxx. den. jan. super totum, et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei donat lib. .xx. den. jan. in suis bonis, ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro his omnibus, omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Ea die et loco et testibus.

1307. *Pietro Lombardo, Pietro della Croce e Oberto di Aquabona contraggono una societas per traffici in Sardegna. 9 novembre 1191.*

(1) Oct cancellato.

Petri de Cruce et Oberti de Aquabona].

Confitetur Petrus Lombardus se portare in societate a Petro de Cruce lib. .LXV., de societate eius et sui fratribus et sui nepotis Oberti, et ab Oberto de Aquabona lib. .LXV. et de suis lib. .LXV. in Sardiniam causa negotiandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere eis in Ianua bona fide et cum testibus (1) sicut sibi videbitur. In botea Wilielmi Venti, die .VIII. novembris. Et de Ermelina de Turre lib. .X., ad quartam proficuj. Et in lib. .LXV. Petri Lombardi sunt lib. .III. sui generi Vasalli. Et omnes carte hinc retro sint casse et vacue a Petro de Cruce et ab Oberto de Aquabona. Testes Iohannes de Boca Tajata, Plicagna, Albertinus de Sancto Ambrogio (2).

1308. *Marino de Aquabona, Pietro della Croce, Oberto Aquabona contraggono una societas per traffici in Sardegna. 9 novembre 1191.*

[Petri de Cruce et Oberti de Aquabona]] (3).

Confitetur Marinus de Aquabona se portare in societate a Petro de Cruce, de societate eius et Antuli et Oberti nepotis eorum, lib. .XL., et ab Oberto de Aquabona lib. .XL., et de suis lib. .XL., in Sardiniam. Et est ut in superiori. Et de rebus Iohannis Corsi lib. .X., ad quartam proficuj. Ea die et loco et testibus et que debet reverti ad societatem (4).

1309. *Guglielmo Barello Lombardo contrae una accomandatio con Oberto di Aquabona per traffici in Sardegna. 9 novembre 1191.*

Oberti de Aquabona].

Confitetur Wilielmus Barellus Lombardus se portare in accomendatione ab Oberto de Aquabona lib. .LXX. in Sardiniam causa negotiandi, et inde quo voluerit per se vel per alium cum suis causa negotiandi bona fide, ad quartam proficuj. Et possit mittere et facere sicut faciet de suis, causa negotiandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod

(1) *In soprallinea:* et cum testibus.

(2) *Lo scriba aggiunge in sottolinea:* Et de Ermelina.... fino a Sancto Ambrogio.

(3) *Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(4) *In sottolinea:* et que... societatem.

Deus dederit, cum capitali. (1) Et a Wilielmo de Aquabona filio Rubaldi (2) lib. .xxviii., ad quartam proficuj similiter. Et de suis lib. .clx., que debent lucrari et expendere per libram. Testes Lafrancus de Bisanni, Tidisius de Porta, Bonus Dies Sedazarius. Sub volta Forniorum, ea die. Et a Vasallo de Rovereto lib. .xxii., gratis preter de expensis (3).

1310. *Marinus de Veredeto e Pietro della Croce contraggono una societas per traffici in Sardegna e altrove, eccetto Alessandria. 9 novembre 1191.*

Petri de Cruce].

Confitetur Marinus de Veredeto se portare in societate a Petro de Cruce, de societate eius et Antuli et Oberti nepotis eorum, lib. .cc. et de suis lib. .c. in Sardiniam et quo voluerit preter Alexandriam, causa negociandi bona fide. Et possit mittere eis in Ianua et quo voluerit cum testibus causa negociandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mutuare et prestare ut melius videbitur bona fide preter militi et curie. De rebus Wilielmi de Porticu Porticu (4) lib. .l., et de rebus Iohannis Gastaldi lib. .xv., ad quartam proficuj que debet reverti ad societatem (5). In domo nepotum Rolandi Suzupili, ea die. Testes Obertus Pax, Martinus de Brosano, Wilielmus de Diana.

1311. *Griso Guercio di S. Eusebio e Rogerio Noxentio contraggono una societas per traffici in Sardegna e altrove. 9 novembre 1191.*

Rogerii Noxentij].

Confitetur Grisus Guertius de Sancto Eusebio se portare in societate a Rogerio Noxentio lib. .xl. et de suis lib. .xx. in Sardiniam et inde quo sibi videbitur bona fide causa negociandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Et super so-

(1) Cancellato: Testes.

(2) In sopralinea: filio Rubaldi.

(3) Sotto il documento: Et a Vasallo de Rovereto....

(4) Sic!

(5) Sotto il documento: ad quartam proficuj que debet reverti ad societatem.

cietatem portat ab eodem lib. .x., pro impicare in ordeo, gratis, et si non posset implicare in ordeo, implicit sicut sibi videbitur, ad quartam proficuj (1), et lib. .x., ad quartam proficuj, que debet reverti ad societatem. Et idem Grisus confitetur quod debet dare eidem Rogerio sol. .xx. Sub volta Fornariorum, et die. Testes Vallus Grandis, Wilielmus Pontius.

1312. *Guglielmo, figlio di Stefano de Porta, per ordine del padre, Oberto Bucucio e Ugone di Casanova contraggono una societas per traffici in Sardegna. 9 novembre 1191.*

[*fo. 68 r.*] Oberti Bucutii, et Hugonis, p.].

Confitetur Wilielmus filius Stephani de Porta, jussu sui patris, se portare in societate ab Oberto Bucutio lib. .XL. et sol. .VI. (2), de societate eius et Oberti de Veredeto, et ab Ugone de Casanova, de societate eius et Ugonis Laurini, lib. .XL. et sol. .VI. (2), et de cuius lib. .XL. et sol. .VI. (2), in Sardiniam (3) causa negociandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. In domo nepotum Suzupili, die .VIII. novembris. Et de rebus Wilielmi de Diana lib. .XX., ad quartam proficuj. Et ab Ugone de Casanova lib. .XXIIII., de eius societate et Hugonis Laurini. Testes Wilielmus Caliga Rubea, Iohannes (4) de Campello, Petrus nepos eius. Et ad quartam proficuj, que debet reverti ad societatem.

1313. *Oberto Tachino, Pietro della Croce e Guglielmo di Portico, contraggono una societas per traffici in Sardegna, e altrove, ad eccezione di Alessandria. 9 novembre 1191.*

Petri de Cruce et sociorum].

Confitetur Obertus Tachinus se portare in societate a Petro de Cruce, de societate eius et sui fratrī et sui nepotis Oberti, lib. .I., et a Wilielmo de Portico lib. .L. et de suis lib. .L., in Sardiniam et inde quo sibi videbitur causa negociandi bona fide, preter Alexandriam. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, pro-

(1) *Per postilla*: et si non posset... videbitur, ad quartam proficui.

(2) *In soprallinea*: et sol. .VI.

(3) *Cancellato*: et quo voluerit.

(4) *Cancellato*: San.

ficum per medium debet partiri. Et super societatem portat lib. .i., de quibus sunt lib. .xvi. Petri de Cruce et Oberti sui nepotis et alie sunt Petri et Antuli et Oberti, ad quartam proficui. Et a Bonavida Lavanino lib. .xx., et ab Oberto Bucutio lib. .xxx., de societate eius et Oberti de Veredeto, et lib. .xii. ab eodem Oberto Bucutio, ad quartam proficuj, que debet reverti ad societatem (1). In domo nepotum Suzupili, ea die. Testes Iohannes de Campello (2), Wilielmus filius Stephani de Porta, Wilielmus filius quondam Vasalli macellarij. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus.

1314. *Axevel moglie del fu Vasallo macellaio e Guglielmo figlio suo fanno quitanza a Oberto Bucucio, Ugone di Casanova, Ugone Laurino e Oberto di Veredeto dei capitali di tutte le societates e accomendationes che avevano con essi. 9 novembre 1191.*

Oberti Bucutij].

Testes (3) Marchesius Bisagnus, Peirus de Orengo. In domo heredis Vasalli macellarij, ea die. Confitentur Axevel uxor quondam Vasalli macellarij et Wilielmus filius eius se recepisse ab Oberto Bucutio et ab Hugone de Casanova et ab Hugone Laurino et ab Oberto de Veredeto (4) omnem societatem et accomendationem quam vel quas habuerunt a Vasallo macellario vel ipse Vasallus habuit cum eis (5), et quietos se clamant et pagatos, et de proficuo et de capitali. Et omnes (6) carte que fuerunt, sint casse et vacue, voluntate eorum. Et Iohannes Taranus de Bisanni.

1315. *Guglielmo Caliga Rubea contrae una accomandatio con Ugo-ne di Casanova per traffici in Sardegna. 9 novembre 1191.*

Hugonis de Casanova, p.].

Confiletur Wilielmus Caliga Rubea se portare in accomendatione ab Hugone de Casanova lib. .x., ultra societatem quam habet cum eodem et cum Oberto Bucutio, voluntate eiusdem Oberti, in Sardiniam causa negociandi et quo ierit cum aliis, ad quartam proficui. Et possit mittere et facere sicut de aliis causa negociandi. In reditu

(1) *In soprallinea*: que debet reverti ad societatem.

(2) de Campello *in soprallinea* su Lavaninus *cancellato*.

(3) *Cancellato*: Iohannes de MontePesulano hi.

(4) *In soprallinea*: et ab Oberto de Veredeto.

(5) *In soprallinea*: vel ipse Vasallus habuit cum eis.

(6) *Cancellato*: fu.

Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. In botea nepotum Rolandi Suzupili, ea die. Testes Wilielmus Zetapanis, Petrus nepos Iohannis de Campello, Wilielmus ferrarius.

1316. *Michele di Monasca contrae una accomandatio con Guglielmo di Vitrola. 9 novembre 1191.*

Wilielmi de Vitriola] (1).

Testes Wilielmus Pontius, Coenna Lucensis, Iacomus de Bombello. Sub volta Fornariorum, ea die.

Confiteatur Michel de Manoasca se habere in accomendatione a Wilielmo de Vitrola minas .xxxvi. frumenti et uncias .x. de tarino et petias .lxxii. de vintinis et napos vernizatos .mccc., causa vendendi bona fide, ultra pasca resurrectionis proximam. Ita tamen ut cum placuerit ei (2), dare promittit predictas res vel precium acceptum, ei vel filiis eius.

1317. *Alberto Engulingus pagherà a Vivaldo Gambalixa una somma a S. Andrea con la fideiussione di Guglielmo di Vanzano. 9 novembre 1191.*

Vivaldi Gambalixe].

Confiteatur Albertus Engulingus se daturum Vivaldo Gambalixa lib. .xxii. et sol. .xiii. ad sanctum Andream proximum, sub pena dupli. Et Wilielmus de Vanzano debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Rolandus de Canneto, Ansaldus Fornarius. Sub volta Fornariorum, ea die.

1318. *Walzero electus di Cambrai si obbliga verso Nicola di Pietro Uguccione di Roma, a pagargli una somma in sterline. 11 novembre 1191.*

Nicole Petri Huguzonis].

Confiteatur Walzerus, electus Cameracensis, se cepisse tantum a Nicola Petri Uguzonis de Roma, unde (3) dare promittit alicui sociorum marcas argenti (4) de sterlinis, sol. .xiii. et den.

(1) Pubblicato in CHIAUDANO M., *op. cit.*, doc. LXVIII.

(2) Cancellato: det.

(3) Cancellato: ei.

(4) Cancellato: fini.

.mii. per marcum, .ccccl., ad medium januarium (1) Laniaco. De quibus marcis sunt Manfredi Groje marce .c., et marce .c. Laurentii Romani Anastasij, et Nicole Petri Ugozonis et Nicole Iohannis Nicole marce .cc., et Oliverij Garzulini marce .l. (2). Et insuper expensas omnes et dampnum et mutuum quod fecerint a termino inde restituere, sub pena dupli in suis bonis et in bonis episcopatus, que omnia eis pignori obligat. Iurat etiam pagare ut supra, nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera. Et magister Gualterius, capellanus eiusdem, et Petrus subdiaconus et Tefo iuratus et (3) iurant similiter per omnia pagare ut supra ul iuravit dominus electus, sua bona pignori obligant (4) sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri omni. Et insuper iurant quod facient iurare similiter attendere per omnia Egidium de Montibus et Nicolaum de Poncello et Balduinum iuratum et Lambertum de Montibus, et quod dabunt operam ut predictum pagamento sit factum. Testes Germanus batifolium, Manerus de Cameraco, Blavius Papiensis, Nicola Ianni Benedicti, Wido Segnoretus, Stephanus Petri Ugozonis. Et si ad terminum predictum non pagaverit, pro marco dare promittit sterllinos .xx., in voluntate creditorum, ad feriam proximam de Bar. In hospitali Sancti Laurentii, die .xi. novembris.

1319. *Oliviero Garzulino nomina suoi procuratori Nicola di Pietro Ugozone e Nicola di Giovanni Nicola per la riscossione del credito di cui al doc. 1318. 11 novembre 1191.*

Oliverij Garzulini].

Testes Bertramus de Embriacis, Iannus de Stephaneninus Pesa, Iannus Stephanus Cavazatus. In domo Oberti Raicarde. Oliverius Garzulius constituit suos missos Nicolam Petri Ugozonis et Nicolam Iohannis Nicole, vel alterum eorum pro recipere marcas .l. de sterllinis ab domino Waltero electo episcopo Cameracensi, de quibus marcis sicut habuerit, vel partem vel totum, possit facere sicut faciet de suis bona fide. In reditu (5) reducere promittit quod habuerit et lucrum quod habebit reducere in potestate eius vel sui certi missi.... (6) sicut habebunt.

(1) *Cancellato*: in feria proxima; de *cambiato in in*.

(2) *Per postilla nel corpo del documento*: Et insuper expensas.... restituere.

(3) *Cancellato*: Inglebertus.

(4) *Cancellato*: et abren.

(5) *Cancellato*: Ianuam reducere.

(6) *In parte illeggibile e cancellato*.

1320. *Giordano de Mari pagherà una somma a Lanterolo de Go...*
11 novembre 1191.

[*fo. 68 v.*] (1) *Lanteroli*].

Confitetur Iordanus de Mari se daturum Lanterolo de Go.... lib. vi. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Testes Widolotus Lucensis, Tiberius censarius. Sub porticu Ingonis Longi, die .xi. novembris. .MCLXXXVIII. (2), indictione .viii.

1321. *Tibaldo di S. Tommaso e Giovanni Cavaturca contraggono una societas per traffici in Sardegna e altrove.* 11 novembre 1191.

Iohannis Cavaturce, p.].

Confitetur Tebaldus de Sancto Thoma se portare in societate a Iohanne Cavaturca lib. .x. et de suis lib. .v. in Sardiniam et quo sibi videbitur melius causa negociandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. In curia Gontardi, ea die. Testes Germanus batifolium, Widolotus Lucensis. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus.

1322. *Rogerio Caldino e Gandolfo da Rocatagliata pagheranno a Buonvasallo Bruxeto una somma nel nuovo anno.* 12 novembre 1191.

Boni Vasalli de Bruxeto].

Promittunt Rogerius Caldinus (3) et Gandulfus de Roca Tajata se daturos Bonovasallo Bruxeto lib. .xxv. ad annum novum proximum, pro Wilielmo Porcello et eius voluntate, et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et sub pena dupli in solidum et abrenunciantes iuri solidi. Testes Bartholomeus Caxina, (4) Iterius de Langasco. Et quas lib. .xxv. ipsi debebant dare ei et ex quibus Wilielmus clamat se quietum et pagatum ab eis. Sub volta Fornariorum, die .xii. novembris.

1323. *L'imperatore Enrico VI nomina notai Bongiovanni e Bonvillano.* 12 novembre 1191.

(1) *Nel margine superiore:* In novembre.

(2) *Sic!*

(3) *Cancellato:* se daturum.

(4) *Cancellato:* Fulco.

BoniIohannis, BoniVillani].

Testes dominus Albertus episcopus Vercellensis, dominus episcopus Bonefatius Novariensis, Arnaldus Strictus, Otto condatarius, Albertus Cremonensis iudices curie, Wilielmus Calige Palli, Otto-Bonus scriba, Anselmus Garrius. In palatio archiepiscopi Ianuen-sis ea die (1). Nos Enricus, Dei gratia Romanorum imperator au-gustus, BonumIohannem scribam consulm de (2) iusticia, no-tarium Sacri Imperij (3) constituimus, plenam ei dantes auctorita-tem instrumenta publica iuxta morem eius offitij condendi, et ea per omnia exequendi pro loco et tempore, ubicumque fuerit (4) que ad ipsius offitij condendi et ea per omnia exequendi (5) que ad ipsius offitij amministrationem exiguntur. Similiter constituimus notarium BonumVillanum filium Iordani Notarii per omnia ut supra, et eum investivit.

1324. *Lanfranco di Paver pagherà una somma a Ottone di Lan-gasco a S. Bartolomeo. 13 novembre 1191.*

Ottonis de Langasco].

Promittunt Lafrancus de Paver se daturum Ottoni de Langasco lib. .vii. et sol. .xi. (6) ad sanctum (7) Bartholomeum proximum, quos prestavit ei pro amore, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .xiii. novembris. Testes Manfredus Lombardus, Iohannes Guer-tius.

1325. *Manfredo Groja e Lorenzo di Romano Anastasio nominano loro procuratore Nicola di Pietro Uguzone per riscuotere il credito di cui al doc. 1318. 13 novembre 1191.*

Manfredi et Laurentij].

Testes Stephanus Petri Hugozonis, Wido Segnoret, ea die. Man-fredus Groja et Laurentius Romani Anastasij constituunt suum mis-sum (8) Nicolam Petri Hugozonis pro recipere pro unoquoque eo-rum marcas .c. de sterllinis, (9) a Walcero electo episcopo Came-racensi. De quibus sicut receperit partem vel totum possit facere et uti causa negociandi sicut de suis et sicut habuerit partem vel to-

(1) *In margine:* ea die.

(2) *Cancellato:* foritanis.

(3) *Imperij in soprallinea su Palatij cancellato.*

(4) *In soprallinea:* ubicumque fuerit.

(5) *Cancellato:* pro loco et tempore.

(6) *In soprallinea:* et sol. .xi.

(7) *Cancellato:* Iohannem.

(8) *Cancellato:* P.

(9) *Cancellato:* ab electo.

tum per rationem, bona fide. In reditu quem faciet, promittit reducere eis vel eorum certo misso. Et idem Nicola confitetur habere cartam de predictis marcis recipiendis.

1326. *Pazio da Lucca pagherà una somma a Gualtiero Gotofredo Campo a metà quaresima.* 13 novembre 1191.

Gualterij].

Confitetur Paxius de Luca se daturum Gualterio Gotefredo Campo lib. .lx. ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Testes Willemus Rizisom, BonusIohannes scriba, BonusVillanus notarius. Sub volta Fornariorum, ea die.

1327. *L'arcidiacono Savarisio di Costanza e de Narentona si riconosce debitore di una somma in sterline verso Lorenzo di Romano Anastasio e Oliviero Garzulino.* 14 novembre 1191.

Laurentij et Oliverij].

Testes Petrus Ianni Zencij, Gregorius de Cio, Wido Segnoreti, Saxus BoccaPiscis. In domo Ottonis de Insule, die .xiii. novembris. Dominus archidiaconus Savarixius de Constantia et de Narentona confitetur se cepisse tantum a Laurentio Romani Anastasij et ab Oliverio Garzulino, unde eis vel alteri eorum vel certo misso alterius eorum dare promittit marcas .xxx. de sterlinis bonis et legalibus, sol. .xiii. et den. .iii. per marcam, in Roma, ad dies .xv. proximas post natale Domini proximum. Et is invenerit dominum Petrum cardinalem in itinere suo (1) vel alium cardinalem (2) in Roma, quod faciet quod ipse obligabit se pro hac peccunia solvenda. Et promittit quod usque ad mensem, sine fraude, ibit Romam. Et promittit quod dabit in potestate eorum omnes cartas quas habet, bona fide, (3) nomine pignoris, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde restituere (4), et inde omnia bona sua habita et habenda, eis stipulantibus, pignori obligat, sub pena dupli. Iurat etiam ita attendere et contra non venturum in aliquo predictorum, nisi quantum iusto Dei impedimento vel licentia eorum et cetera et si terminum vel terminos. Insuper frater Michel de Sancto Benedicto de Placentia et magister Rizardus iurant per omnia similiter attendere sicut iuravit dominus archidiaconus si ipse non atten-

(1) *Cancellato*: quod fac.

(2) *Cancellato*: Romanum.

(3) *Cancellato*: quas.

(4) *In sopralinea*: et expensas et dampnum et mutuum a termine inde restituere.

derit, sua bona pignori obligant, sub pena dupli, et abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1328. *Giovanni da Romano Buonvicino riconosce di avere in pigno da Lorenzo di Romano Anastasio diciotto pezze di panno.*
14 novembre 1191.

Laurentij].

Confitetur Iohannes de Romano BonoVicino se habere a Laurentio Romani Anastasij petias .xviii. de drapis de Mensa, nomine pignoris et causa portandi Romam, tali pacto quod debet recipere super his Iohannes lib. .lxv. bonorum previdixium de senatu (1) ad dies .viii. (2) proximas ex quo fuerit Rome Iohannes, pro lib. .lx. den. ian. quas confitetur Laurentius se habuisse ab eo. Et pignus debet esse ad fortunam Iohannis in tantum quantum est suum pagamentum et superfluum ad fortunam Laurentij. Et expense debent esse super Laurentium de pignore, et tali pacto, ut si non fuerit pagatus ut supra Iohannes vendat pignus, sua auctoritate et se persolvat, (3) et quicquid voluerit faciat proprio iure. Testes Oliverius Garzulinus, Nigrinus ApriOculus, Saxus BoccaPiscis. Sub volta Fornariorum, ea die.

1329. *Lorenzo di Romano Anastasio si riconosce debitore di una somma verso Oliviero Garzulino.* 14 novembre 1191.

Oliverij Garzulini].

Testes Frumentum de Carimago, Saxus BoccaPiscis, Iohannes Romani BoniVicini. Ea die et loco. [fo. 69 r.]

Confitetur Laurentius Romani Anastasij se cepisse tantum ab Oliverio Garzulino, unde ei dare promittit lib. .ci. et sol. .v. bonorum previdixium de senatu (4) ad dies .viii. proximas ex quo fuerit Oliverius in Roma, et inde ei pignori obligat pecias .xviii. de Mensa et pecias .xii. de baldinellis et pecias .xii. de vergatis et cannas .xxxiii. de Mustarolo, et que Oliverius confitetur habere et debere portare Romam, ad suam fortunam in tantum quantum est suum pagamentum et superfluum ad fortunam Laurentii et ad expensas Laurentii. Et ita quod cum fuerit Rome, dare promittit Oliverius predictum pignus Paulo fratri Laurentii, si ipse dederit sibi bonum redditorem et pagatorem de predictis libris persolvendis ad termi-

(1) In margine: de Senatu.

(2) .viii. in soprallinea su .xv. cancellato.

(3) Cancellato: sua auctoritate.

(4) Cancellato: In Ro.

num. Et si non dederit vel non pagaverit ad terminum prefixum, Oliverius, sua auctoritate et sine magistratus decreto, licentia Laurentii, vendat pignus predictum et quicquid voluerit faciat proprio iure, sine omni eius omniumque pro eo contradictione.

1330. *Guglielmo Mutito si obbliga di far pagare a Pietro Bernardo una somma dal suo servo Imberto.* 14 novembre 1191.

Peiri Bernardi].

Confitetur Wilielmus Mutitus se cepisse tantum a Peiro Bernardo, unde vult et precipit ut suus serviens Imbertus persolvat eidem Peiro, statim cum invenerit eum et sine molestia, sol. .cx. raimundensium (1). Et si Imbertus non persolverit, idem Wilielmus dat licentiam Peiro accipiendo de bonis suis ubicumque (2) invenerit ut se persolvat et (3) dat et cedit ut possit uti de bonis suis sicut ipse met posset, usque dum fuerit pagatus. Et si non fuerit pagatus, totum dampnum et expensas et mutuum quod habebit ei restituere et similiter pagare promittit. Et inde omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Sub porticu Ingonis Longi, die .xiii. novembris. Testes Pontius Delmedus, Gerardus Nigellus, Bartholomeus de Parezo, Bernardus Geraldus.

1331. *Tidizio, ministro dell'ospedale di Vallecaldà di Savignone, dà quietanza a Berta moglie di Guglielmo Sparoara per una somma.* 16 novembre 1191.

Berte] (4).

Confitetur presbyter Tidizius (5) minister hospitalis de Valle Calida de Savignono se recepisse a Berta uxore quondam Wilielmi de Sparoara lib. .viii. den. jan., et quietum se clamat. Et quas libras Wilielmus de Sparoara legavit Anne sue filie redditae eiusdem hospitali. Ex quibus libris vel occasione earum si decetero eadem Anna vel aliquis (6) pro ea vel aliqua demum persona requisitionem faceret vel actionem moveret Berte vel alicui pro ea, idem dominus (7) presbyter promittit restituere totum dampnum, sub pena dupli

(1) In soprallinea: sol. .cx. raimundensium.

(2) Cancellato: de.

(3) Cancellato: et.

(4) Pubblicato dal FERRETO A., Documenti genovesi di Novi e Valle Scrivia '946-1230), doc. 120.

(5) Cancellato: pres (†).

(6) Cancellato: vel.

(7) Forse dominus è cancellato.

in bonis hospitalis. Et confitetur expendere hos denarios in bono et utilitate hospitalis. In domo Petri Venti, die .xvi. novembris. Testes Grillus, Wilielmus calderarius, Gregorius calegarius.

1332. *Giovanni di Repia, figlio del fu Rubaldo, giura a Guglielmo, fondichiere, di stare a servizio per tre anni.* 16 novembre 1191.

Wilielmi Fundigarij, Iohannis de Repia].

Iohannes de Repia filius quondam Rubaldi iurat (1) se stare cum Wilielmo fundigario et servire ei bona fide et sociis eius ubicumque fuerit, et in mari et in terra, de omnibus serviciis que sciat facere, et res eius et sibi commissas salvare et custodire et cum illo et sine illo, et attendere mandata et precepta que faciet ei sub sacramento bona fide, et contra non venturum, usque ad annos .III. proximos, et non defraudare per annum ultra den. .xii. (2), sub pena lib. .x. in suis bonis stipulata, nisi quantum remanserit licentia eius. Et facit hec consilio Ansaldi de Nervi et Nervosci de Nervi, amicorum. Et confitetur esse maiorem annis .xx. Testes Dominicus magister et consiliatores. Sub volta Fornariorum, ea die.

Et idem Wilielmus promittit ei tenere secum usque ad annos .III. et dare ei victum et vestitum de Albaxio et sol. .xxviii. in capite termini (3). Et confitetur idem Wilielmus se habere ab eodem Iohanne sol. .xx., quos promittit reddere in capite termini, et sol. .ii. per annum, sub pena dupli.

1333. *Guido Signoreto pagherà a Nigrino Apriocchio una somma.*
16 novembre 1191.

Nigrini].

Confitetur Wido Segnoretus se daturum Nigrino ApriOculo lib. .xiii. bonorum previdixum ad dies .xv. proximas ex quo Nigrinus fuerit Rome vel suus missus, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde. Et sua bona pignori obligat, salvo eunte ligno in quo ibit Wido vel (4) maiori parte rerum ligni. Testes Oliverius Garzulinus, Iohannes de Romano BonoVicino, Stephanus Petri Hugozonis. Ea die et loco.

(1) *In sopralinea:* jurat.

(2) *In sopralinea:* et non defraudare per annum ultra den. .xii.

(3) *Cancellato:* et cum se (?).

(4) *Vel cancellato.*

1334. *Vivaldo GambaLisa, per se e per suo fratello, loca a Bongiovanni di Oledo un luogo in Albario. 16 novembre 1191.*

Vivaldi GambaLixe, et Bonilohannis de Oledo].

Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Iohannes Iterius Poccalana, Obertus Fornarius. Ea die et loco.

Vivaldus GambaLixa (1) per se suumque fratrem locat, dat, et cedit BonoIohanni de Oledo locum de Albario, ad habendum (2) usque ad annos .iii. proximos. Et quam locationem promittit defendere et tenere et habere firmam et ratam et non auferre. Et ipse promittit tenere et laborare et bonificare et dare medietatem tocius fructus inde provenientis, et dare sol. .xv. per annum in natali Domini, et pastenare tabulas .iii. de vinea annuatim, et salvare et custodire et nullam fraudem adhibere. Et ut supra promittunt atendere, sub pena sol. .xl. vicissim stipulata in suis bonis. Et pena soluta a parte que contraveniet et conditione et drichto a Bonolohanne pactum maneat firmum et Vivaldus abrenuncians iuri quo cavitur principalem debitorem primo conveniri.

1335. *Safrana, moglie di Vassallo Grande, per ordine del padre Safrano e con il consiglio del parente Filippo Ricio e per volontà del marito, conferma a Giovanni Gastaldo la vendita della casa in Genova fattagli dal marito. 17 novembre 1191.*

Iohannis Gastaldi].

In domo Vasalli Grandis, die .xvii. novembris. Testes Obertus de Calce, Iacomus filius Bernardi calegarii, Philippus Ricius. Safrana uxor Vasalli Grandis, jussu sui patris Safrani presentis et consilio sui parentis Philippi Ricij et voluntate sui mariti, confirmat Iohanni Gastaldo (3) venditionem quam fecit ei Vasallus Grandis de domo quam habebat in civitate Ianue ante domum Wilielmi Calige Pallii, in mastra carrubio, et remittit ei omne ius quod habet vel habiat vel (4) in predicta domo vel in precio, occasione patrimonii vel antifacti vel qualibet alia occasione. Et quam venditionem [fo. 69 v.] (5) promittit tenere et habere firmam et ratam per se suosque heredes et contra non venturam per se nec per alium pro se. Et quam venditionem promittit defendere ei eiusque heredi per se suosque heredes, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione omnia

(1) *Cancellato:* to.

(2) *Cancellato:* et tenendum.

(3) *Cancellato:* de.

(4) *Cancellato:* habere poss.

(5) *Nel margine superiore:* In n[ovem]bre.

bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligat, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit, abrenuncians decreto consultus Velleiani et legi Iulie et iuri hypothecarum et omni iuri. .MCLXXXI., indictione .viii. Die .xvii. novembris. Quod non fecit quia tenebatur ei facere cartam in laude sui sapij (1).

1336. *Opizone, abate di San Fruttuoso, con il consiglio dell'arcivescovo Bonifacio cede a Enrico Gontardo ogni diritto, ragione e azione che ha sui beni ereditari di Fredenzone Gontardo. 17 novembre 1191.*

Enrici Gontardi].

Dominus abbas Opizo Sancti Fructuosi, consilio archiepiscopi Bonefacii (2) sui fratis venerabilis Wilielmi monachi, dat et cedit Enrico Gontardo omne jus et rationem et actionem quod vel quam habet in bonis heredis Fredentonis Gontardi, occasione lib. .viii. quas debet recipere idem abbas de legato quod fecit Luca quondam uxor Fredentonis Gontardi monasterio Sancti Fructuosi et (3) ex quibus libris .viii. Enricus agere possit et intendere sicut ipse abbas potest vel potuit. Quas lib. .viii. idem abbas confitetur se recepisse ab Enrico Gontardo pagante eas pro herede (4) Fredentoris Gontardi, et quietum se clamat, et de his lib. .viii. et de toto alio legato quod fecit predicta Luca prefato monasterio. Et omnes cartas et omnes rationes quas habet occasione predicti legati cassat et vacuat, preter in tantum quantum pertinet ad lib. .viii. quas dat et cedit Enrico quod supra. In palatio archiepiscopi, ea die. Testes Bonus Vasallus de Melodico, presbyter Iohannes de Sancto Matheo, Marinus notarius, Rolandus Lucensis.

1337. *L'imperatore Enrico VI legittima Guglielmo figlio di Roberto de Levi e di Agnese. 17 novembre 1191.*

Roberti de Levi sive filij eius Wilielmi].

Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, notum facimus universis nostri imperij fidelibus quod Wilielum filium Roberti de Levi et Agnetis spurium, imperiali auctoritate, legittimum facimus ei filium, ut decetero eum in potestatem habeat ipsique acquirat et ab intestato ei heres existat, tamquam ex legittimis nuptiis et ex legitima uxore predictus Robertus eum

(1) L'ultima sentenza è nel margine, in parte.

(2) In sopralinea: archiepiscopi Bonefacii.

(3) Cancellato: quas libras.

(4) Cancellato: Enrici Gontardi.

habuisset, non obstante lege vel consuetudine in qua cavetur filium spurium in potestate patris fore non posse nec patri aliquo modo succedat. Habeat igitur decetero jus legitimi filij nostrum beneficium consecutus, nec decetero dicatur spurius sed legitimus, nullo iure obstante, omnique persone vel rei impedimento remoto. Et eundem Wilielmum ex anulo aureo investimus, dantes ei jus aureorum anulorum. Et ut hoc firmius habeatur et credatur, per manum publicam scribi jussimus. In palatio Ianuensis archiepiscopi, .MCLXXXI., inductione .viii., die .xvii. novembris. Testes interfuerunt dominus Albertus episcopus Vercellensis, Albertus Cremonensis judex curie, Wilielmus marchio de Palodo, Ogerius Comes canonicus ecclesie Sancti Laurentii januensis. Bonus Vasallus filius Ansaldi de Trevelo.

1338. *L'imperatore Enrico VI nomina notaio imperiale Bonvasallo figlio di Ansaldo de Trevelo di Rapallo. 17 novembre 1191.*

BoniVasalli, Martini].

Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Bonum Vasallum filium Ansaldi de Trevelo notarium Sacri Imperij constituimus, plenam ei dantes auctoritatem instrumenta publica iuxta morem eius officij condendi et ea per omnia exequendi pro loco et tempore ubicumque fuerit, (2) que ad ipsius officij amministrationem exiguntur (3), et ut supra eum investimus, auctoritate nostra. Similiter constituimus notarium Martinum filium Tortagne de Rovegno. Ea die et loco et testibus.

1339. *Durante e Bernero, figli del fu Oberto ferarius, e Zamberto, corrizarius, e Balduino, ferrarius, danno a servizio a Germano, Giovanni, figlio del fu Oberto. 8 febbraio 1192.*

Germani].

* Duranus et Bernerus filij quondam Oberti ferrarij, et Zambertus corrizarius et Balduinus ferarius, dant Germano Iohannem filium quondam Oberti prefati, ad standum cum eo usque ad annos .x., causa serviendi ei et faciendi omnia servicia que sciat facere et possit. Et (4) promittunt ei quod salvabit et custodiet res eius et

(1) Il FERRETTO, in Documenti genovesi di Novi e Valle Scrivia (946-1290), doc. 121, ha fabbricato un nuovo documento per fare entrare nella sua collezione il nome di Martino di Rovegno. Egli dà questo stesso documento, ma col nome Martino in luogo di Bonovasallo, e poi prende i testimoni del documento precedente.

(2) Cancellato: que ad ipsius officij condendi et ea per omnia exequendi.

(3) Sic!

(4) Cancellato: si ipse.

quod non defraudabit. Et si ipse ita non attenderit, penam sol. .c., ei stipulanti, spondet in suis bonis, rato manente pacto (1). Et si dampnum faciet, restituere promittunt, sub pena dupli. Et promittunt ei quod faciet eum jurare attendere hoc pactum et salvare et custodire res eius quando placuerit Germano, sub pena predicta, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem (2). Et Germanus promittit eis quod tenebit eum secum usque ad terminum et dare ei victum et vestitum convenienter et docere eum ex suo officio, bona fide, sub pena sol. .c. stipulata in suis bonis. Testes Belengerius de Narbona, Rubaldus de Modo, Marescotus de Placentia. In domo Ingonis Longi, anno dominice nativitatis .MCLXXXII., indictione .viii. die .viii. februarii intrantis.

1340. *Oberto della Croce, per sè, per Pietro della Croce e per l'erede di Antulo, Guglielmo di Portico, Ugo Laurel, Giordano Clerico e Lanfranco Guercio riconoscono di aver ricevuto una somma da Marchisio di Staiano. 2 marzo 1192.*

[Marchesij de Staiano].

Confitentur Obertus de Cruce, pro se et pro Petro de Cruce et pro herede Antuli, et Wilielmus de Porticu et Hugo Laurel, et Iordanus Clericus et Lafrancus Guertius se recepisse lib. .CLXV., a Marchesio de Staiano et de rebus quas habebat ab eis in accomendatione, sicut continetur in carta quam inde fecit Wilielmus Cassinensis notarius, et ex his lib. .CLXV. inter se comuniter ut supra clamant se quietos et pagatos ab eo. In domo eiusdem Marchesij, die .ii. martii intrantis, .MCLXXXII., indictione .viii. Testes Obertus Grassus, Iutinus de Clavari, Obertus de Primavere.

1341. *Restufato, censarius, pagherà una somma a Mabilie di Baltigario nel prossimo febbraio. 19 novembre 1191.*

[fo. 70 r.] [Mabilie de Baltigario].

Confitetur Restufatus censarius se daturum Mabilie de Baltigario lib. .xii. ad dies .viii. proximas intrantis februarii (1) proximi, sub pena dupli. Iurat etiam ita pagare nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera, et quod occasione usure vel ecclesie non faciet ut perveniat ad aliquod dampnum. In domo Raimundi

(1) *In sopralinea e nel mragine:* rato manente pacto.

(2) *Nella linea precedente la parte placuerit Germano, sub pena predicta, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem è scritta dopo le parole... faciet, restituere promittunt, sub pena dupli.*

(3) *Februarii in sopralinea su martii cancellato.*

Baltigarii, die .xviii. novembris. Testes Iohannes Gimbus pellizarius, Iohannes feneralarius.

1342. *Alcherio, banchiere, pagherà una somma a Martino Corrizo entro l'anno prossimo.* 19 novembre 1191.

Martini Corrigie].

Testes Iohannes de Castello, Iannus Bonus, Wilielmus Alfachinus. In banco eiusdem Alcherij, ea die.

Confitetur Alcherius bancherius se daturum Martino Corrizo lib. .xvii $\frac{1}{2}$, usque ad annum proximum, sub pena dupli in suis bonis.

1343. *Guglielmo Arnaldo prende in accomendatione una somma da Wilia, moglie di Fredenzone Gontardo, per traffici in Sardegna.* 20 novembre 1191.

Wilie Fredentionis Gontardi] (1).

Confitetur Wilielmus Arnaldus se portare in accomendatione a Wilia uxore Fredentionis Gontardi lib. .iii. in Sardiniam, ad quartam proficij. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficum quod Deus dederit, cum capitali. Et si non attenderit ut supra, vel in sua culpa devastaverit, Alexandria uxor eiusdem Wilielmi obligat de sol. .xl. reddendis in suis bonis, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et legi Iulie et iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani et omni iuri, et consilio suorum vicinorum Germani et Belengerii de Narbona. In domo Fredentionis Gontardi, die .xx. novembris. Testes Germanus, Belengerius.

1344. *Buongiovanni di Penna pagherà una somma a Rufino di Canneto a Natale.* 20 novembre 1191.

Rufini] (2).

Confitetur Bonus Iohannes de Penna se daturum Rufino de Canneto lib. .xvi. et sol. .xiii. et den. .iii. ad Domini natale proximum, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Raimundus Unaldus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1345. *Guglielmo Arnaldo prende in accomendatione una somma da Maria, moglie di Rolando da Spezia, per traffici in Sardegna.* 20 novembre 1191.

(1) Il documento è tutto cancellato dal notaio.

(2) Il documento è tutto cancellato dal notaio.

Testes BonusVillanus notarius, Wilielmus de Roca, magister Albertus Placentinus. Ea die, sub volta Fornariorum.

Confitetur Wilielmus Arnaldus se portare in accomendatione a Maria uxore Rolandi de Specia sol. .c. in Sardiniam causa negocian- di bona fide, ad quartam proficuj. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali.

1346. *Giustamonte di Sestri Levante pagherà al 1º maggio a Pasantano Medico una somma.* 21 novembre 1191.

Paxani].

Confitetur Iustumons de Sejestri se daturum Paxano Medico lib. .x. ad kalendas madii proximi, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera. Et Iavaldonus promittit pagare si non pagaverit et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni juri et auxilio. In domo Amici Grilli in qua habitat Paxanus, die .xxi. novembbris. Testes Delphinus de Paxano, Marabotus de Savignono, Albertus de Bolego, Vasallus Botinus.

1347. *Giacomo da Savona promette a Giovanni da Liége di attenersi, circa la vertenza relativa alla società esistente fra di loro, alle decisioni di Michele figlio di Donodeo pellicciaio.* 21 novembre 1191.

(1).

Promittit Iacomus Sagonensis Iohanni de Leges quod de discordia quam habet cum eo de societate quam habuerunt insimul, stabit et attendet quod dicet Michel filius DoniDei pellizarij, sub pena lib. .x. in suis bonis, que omnia ei pignori obligat.

1348. *Belardo Belardungo pagherà una somma a Belardo di Castello e ad Amico, ferrarius alla Purificazione di Maria.* 22 novembre 1191.

Belardi et Amici].

Testes Anselmus de Castello, Otto de Camugi, Gerardus de Rapallo. Sub volta Fornariorum, die .xxii. novembbris. Confitetur Belardus Belardungus se daturum Belardo de Castello et Amico fer-

(1) La rubrica manca, e il documento pare leggermente cancellato.

rario (1) lib. .xlv. et sol. .vi. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli in suis bonis.

1349. *Oberto Diano pagherà una somma a Lanfranco Ricerio all'ottava della purificazione di Maria.* 23 novembre 1191.

[Lafranci Ricerij].

Confitetur Obertus Dianus se daturum lib. .cxi. et sol. .vi. Lafranco Ricerio ad octavam purificationis sancte Marie proxime, sub pena dupli. Testes Salmon notarius, Iacomus filius Bernardi calegarii. Sub volta Fornariorum, die .xxiii. novembris.

1350. *Ricio di Monleone contrae una societas con Guglielmo, fratello di Giovanni Parvo.* 24 novembre 1191.

[Wilielmi fratri Iohannis Parvi] (2).

Confitetur Ricius de Monleon se habere in societate a Wilielmo fratre Iohannis Parvi lib. .lxxxiii. et sol. .xv. et de suis lib. .xlvi. et sol. .xv., causa negociandi in botea bona fide usque ad annum proximum, (3) et tunc dare promittit ei capitale et consignare et medietatem proficui quod Deus dederit, sub pena dupli, tractis tamen (4) in antea pro suis expensis lib. .vi. et tractis expensis botee bona fide. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et non defraudare et operari bonum et utilitatem societatis. Et si deinceps tenuerit, similiter iurat attendere, nisi quantum remanserit licentia eius. In domo Ogerij Venti, die .xxiii. novembris. Testes Wilielmus calderarius, Ingo Puella, Iohannes Leonus.

1351. *Giovanni Leone contrae una societas con Guglielmo, fratello di Giovanni Parvo.* 24 novembre 1191.

[Wilielmi fratri Iohannis Parvi]].

Confitetur Iohannes Leonus se habere in societate a Wilielmo tra-
tre Iohannis Parvi lib. .lx. et sol. .viii. et de suis lib. .xl. et sol.
.viii. causa negociandi in botea et per terram bona fide, ut melius
sibi videbitur, usque ad duos annos. Et tunc tracta pensione botee

(1) In sottolinea: et Amico ferrario.

(2) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(3) Cancellato: et promittit ei facere rationem rerum.

(4) Cancellato: tamen.

et tractis lib. .x. pro suis expensis per annum, (1) et unc capitale et medietatem proficui quod Deus dederit dare promittit ei et consignare, sub pena dupli. Et super societatem habet ab eo similiter lib. .xvi., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et operari bonum societatis et non defraudare per annum ultra sol. .x., nisi quantum remanserit licentia eius. Ea die et loco et testibus.

- 1352.** *Guido Barata ed Enrico suo figlio pagheranno una somma a Francesco di Lucca, alla Purificazione di Maria. 25 novembre 1191.*

Francesci].

Confitetur Wido Barata et Enricus filius eius se daturos Francisco de Luca lib. .x., pro seta et pro cendato, ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Opizo borraor debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Viventius de Statione, Rolandus Lucensis, Arnaldus medicus. In statione Curie feni, die .xxv. novembris.

- 1353.** *Guglielmo, mugnaio, dà quitanza della dote della moglie Sibilia, figlia di Vivaldo da Campo e le costituisce l'antifatto. 25 novembre 1191.*

[*fo. 70 v.*] (2) Patrimonium Sibilie].

Confitetur Wilielmus molinarius se habuisse de dote sue uxoris Sibilie filie Vivaldi de Camponuario lb. .x. ab eodem suo saceroto, et quietum se clamat. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat tantum in suis bonis quod bene valeat lib. .v., ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum promore et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis, omnia bona sua habita et habenda, predicto Vivaldo recipienti pro filia, pignori obligat. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Pontius, Iacomus de Galiona. Sub volta Fornariorum, die .xxv. novembris. .MCLXXXI., indictione .viii.

- 1354.** *Bonaccorso di Corneto Pisano pagherà una somma a Marino Rapallino e ai suoi soci e dà loro in pegno mercanzie diverse. 25 novembre 1191.*

(1) Cancellato: totum proficuum quod fuerit

(2) Nel margine superiore: In no[vembre].

Marini Rapallini].

Confitetur Bonacursus de Corneto Pisanus se cepisse tantum a Marino Rapallino, unde ei dare promittit et sociis lib. .LXIII. den. ian., ad dies .III. proximas ex quo fuerit in Corneto, salvo eunte ligno in quo ibit vel maiori parte rerum ligni. Et inde ei pignori obligat ballas .II. de fustaneis tinctis et saccos .II. cimini et saccos .VIII. azarij et pennas .V. de cuniculis et saccos .II. roze. Et ipse confitetur habere, tali pacto, ut si non fuerit pagatus ut supra, sua auctoritate vendat pignus et proprio iure faciat quicquid voluerit. Testes (1) Iohannes de Castello, Germanus. In curia Gontardorum, ea die.

1355. *Stefano di Pietro Ugozone pagherà una somma a Uberto Vacca o a Enrico Iosberto. 26 novembre 1191.*

Oberti Vacce] (2).

Confiletur Stephanus Petri Hugozonis se datus Uberto Vacce vel Enrico Iosberto lib. .XII. bonorum previaixium, numeratas, in proxima feria de Lagneto, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde restituere in verbo creditorum et sua bona pignori obligat. Testes Otto de Langasco, Belardus Grugnus, Gregorius de Ci, Petrus capellerius (3). Sub volta Fornariorum, die .XXVI. novembbris.

1356. *Martino di Albaro pagherà una somma a Guido, speciarius, alla Purificazione di Maria. 27 novembre 1191.*

Widonis speciarij, p.] (4).

Promittit Martinus de Albaro se daturum Widoni speciario lib. .XV. ad purificationem sancte Marie proximam, pro Petro de Barzato, et quas debebat dare Petro, et quas promittit pagare Widoni voluntate Petri, sub pena dupli. Testes Martinus Curtus, Obertus Blancus. Sub volta Fornariorum, die .XXVII. novembbris.

1357. *Paolo, draperius, prende a mutuo una somma da Lanfranco che restituirà all'ottava di Pasqua. 27 novembre 1191.*

Lafranci Ricerij].

Confitetur Paulus draperius se cepisse mutuo pro amore a La-

(1) *Cancellato*: Germanus.

(2) *Pubblicato in Rosso G.*, op. cit., doc. 139.

(3) *In sottolinea*: Petrus capellerius.

(4) *L'atto è cancellato dal notaio.*

franco Ricerio lib. .l., quas promittit reddere ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Wilielmus de Bombello. Ea die et loco.

1358. *Giovanni di Vallemala di Tortona pagherà a Enrico Alfer una somma alla prossima fiera di Lagny.* 28 (?) novembre 1191.

Enrici Alfer] (1).

Confitetur Iohannes de ValleMala de Terdona se daturum Enrico Alfer lib. .xx. previdixum bonorum, in proxima feria de Laniaco. (2) et expensas et dampnum et mutuum a termino inde restituere et similiter pagare. Et sua bona pignori obligat. Et si previxines forent peiorati de lege vel de peso similiter restituere dampnum. In curia Gontardorum, die .iii. decembris (3). Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Belardus Benedictus, Rufinus Belardungus.

1359. *Oberto Boletto dà a livello a Rolando da Piano di Casoli un terreno in Casoli.* 30 novembre (?) 1191.

Locatio Oberti Boleti Rolando].

Testes Germanus batifolium, Iacomus filius Bernardi calegarii, Ansaldus de Maraxi. Sub porticu Ingonis Longi, die .i. novembris (4). Obertus Boletus locat, dat, et cedit Rolando de Plano de Casuli totam terram de Casuli ad tenendum et habendum et usufructandum, libellario nomine, a natali Domini proximo ad annos .iii. proximos. Quam locationem promittit tenere et habere firmam et ratam per se suosque heredes et ab omni homine defendere et pensioni nichil addere et nullam molestiam facere, sub pena lib. .x. stipulata in suis bonis. Et pena soluta, locatio sit firma. Et ipse promittit tenere predictam terram usque ad prefatum terminum, et dare annuatim lib. .vi., medietatem ad Domini natale (5) et aliam medie-talem in pasca, et salvare et custodire et bonificare et meliorare et non peiorare et locationi nullam fraudem adhibere, sub pena lib. .x. stipulata. Pro pena (6) et conditione omnia bona sua ei pignori obligat. Et pena soluta et pensione, cadat a iure locationis. Et Bo-

(1) Pubblicato dal FERRETTO A., Documenti genovesi di Novi e Valle Scrivia, doc. CXXII.

(2) *Cancellato:* Et si forent peiorati de lege vel de peso promittit pro sol. .xlv. marcam argenti boni ut ascendet de toto debito.

(3) *Sic.* Ma è probabile che il notaio sia in errore. die .iii. exeuntis Novembris?

(4) *Sic!* Ma forse è un errore per .i. decembris?

(5) *Cancellato:* proxim.

(6) *Cancellato:* et sorte et pro sorte.

nus Segnorus de Casuli debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1360. *Rubaldo Lavanino riconosce di avere una somma di Sibilia, moglie del fu Pietro Lavanino, per traffici.* 1 dicembre 1191.

[Sibilie].

Confitetur Rubaldus Lavaninus se habere a Sibilia uxore quondam Petri Lavanini lib. .xi., causa negotiandi in botea usque ad annum proximmu. Et tunc vel deinceps quantum tenuerit similiter, dare promittit ei vel eius misso capitale et medietatem proficui quod Deus dederit sibi bona fide, sub pena dupli. Et que sunt (1) de stradote eius. In domo Ingonis Longi, in kalendis decembris. Testes Obertus de Aquabona, Albertus Lavaninus, Iohannes de Campellis (2), Petrus Oreglo.

1361. *Giovanni di Brosono e Alberto suo fratello si riconoscono di avere una somma di Sibilia, moglie del fu Pietro Lavanino, per traffici.* 1 dicembre 1191.

[Sibilie]] (3).

Confitentur Iohannes de Brosono et Albertus frater eius se habere a Sibilia quondam uxore Petri Lavanini lib. .c., de rebus sui filij Durantini, et sol. .c. de rebus Petrini sui filij, causa negotiandi in botea (4) usque ad festum sancti Michelis proximum. Et tunc vel deinceps quantum tenuerint, dare promittunt eis capitale et medietatem proficui quod Deus dederit bona fide sibi, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Ea die et loco et testibus.

1362. *Sibilia, predetta, dà quitanza di una somma avuta da Alberto Lavanino.* 1 dicembre 1191.

Alberti Lavanini].

Confitetur Sibilia predicta se habuisse ab Alberto Lavanino lib. .xiii., quas idem Albertus habuerat in societate a Petro Lavanino sive ab eadem Sibilia, et de quibus mentio (5) fit in testamento Petri eiusdem. Cum quibus libris .xiii. confitetur ipsa quod habuit inter

(1) sunt in soprallinea su fuerunt cancellato.

(2) de Campellis in soprallinea su Lavaninus cancellato.

(3) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(4) In soprallinea: botea.

(5) nem cancellato.

proficuum et capitale lib. .xxv., et quietam se clamat, et de proficuo et de capitali. Ea die et loco et testibus.

1363. *Giovanni Rapallino e Agnese, coniugi, prendono a mutuo una somma da Crollamunto di Caaplono. 1 dicembre 1191.*

Crollamunti].

Confitetur Iohannes Rapallinus et Agnes iugales se cepisse mutuo pro amore a Crollamunto (1) de Caaplono lib. .iii., quas promittunt reddere ad sanctum Martinum proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenunciants legi Iulie, iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani. Et facit hec consilio Vasalli Çixoli et Ingonis Zuxoli amicorum. Testes Widotus Lancer, et consiliatores. Et specialiter terram de Mortedo in qua dederunt istos denarios.

1364. *Sentenza di Bonifazio, arcivescovo di Genova, nella causa vertente tra Tedaldo vescovo di Piacenza, Fredencio arciprete di Mazenasco e l'abbate de Tolla. 2 dicembre 1191.*

[*jo. 71 r.*] Sententia episcopi Placentini et archipresbyteri de Mazenasci].

Dominus Bonifatius januensis archiepiscopus, ex delegatione domini Pape Celestini jussus cognoscere super causam que vertitur inter episcopum placentinum Tedaldum et Fredentium archipresbyterum de Mazenasci ex una parte, et ex alia inter abbatem Arialdum de Tolla, et appellatione remota, justicia mediante diffinire, partes etiam per censuram ecclesiasticam debere compellere ad ipsius presentiam venire et judicium ab eo (2) latum firmiter obserbare. Cum prefatus archipresbyter, tam pro se quam de mandato domini sui episcopi predicti venisset, archiepiscopus jamdictus presatum abbatem litteris suis bis (3) citavit. Qui secundario (4) quoniam monacum suum nomine Martinum transmisit et pro eo dilationem postulavit. Data igitur dilatione quam postulavit, terminum peremptorium habuit, set minime venit. Verum eundem monacum transmisit, qui de mandato abbatis in vocem appellationis prorumpit. Quia vero in litteris commissionis sublata fuerat appellatio, iterum citavit (5) predictum abbatem peremptorie, qui

(1) *Cancellato*: de A.

(2) *Cancellato*: a.

(3) *In soprallinea*: bis.

(4) *Prim cancellato*.

(5) *Cancellato*: eum.

nec per se nec per nuncium suum venire curavit. Quapropter, dominus predictus archiepiscopus, inspecto tenore litterarum domini Pape, habito consilio suorum fratrum et aliorum prudentum, ex primo decreto (1) decrevit jamdictum episcopum et jamdictum archipresbyterum possessionem habere vel quasi earum rerum quas postulabant contra predictum abbatem, condempnans eum per consummatam ut permittat eis tenere et uti omnibus spiritualibus in loco et curte Molfaxi, scilicet baptismo, sepulturis et omnibus aliis spiritualibus, que spectabant ad ipsam plebem in curte Sperunce et in aliis locis que sunt confinio ipsi monasterio de Tolla. Precepit etiam dictus archiepiscopus Iohanni Gazolo quatenus mandato et auctoritate suo inducat (2) archipresbyterum jamdictum seu nuncium eius nomine plebis et nomine predicti episcopi in possessionem vel quasi predictarum rerum. Preterea, quia sepe citatus, idem abbas venire contempsit, iuxta mandatum domini Pape excomunicavit ipsum si usque ad proximam octavam nat. Dominice se eius conspectui non representaret, episcopo et archipresbytero predictis in iure (3), prestita cautione, responsurum, vel nisi infra hoc spatium insimul convenerint, vel quiete abbas concedat eos predicta possidere (4). Testes prepositus Ogerius Ianuensis, Otto archidiaconus januensis, magister Causa, Rusticus diaconus, Bonus Vasallus subdiaconus, magister Wilielmus, presbyter Iacomus de Sancta Agneta, Iohannes Gazolus, presbyter Hugo. In palatio archiepiscopi Ianuensis, die .ii. decembris.

1365. Robino Roba da Milano contrae una accomandatio con Albertone di Vanzono. 2 dicembre 1191.

Albertoni de Vanzono].

Confitetur Robinus Roba de Mediolano se portare in accomendatione ab Albertono de Vanzono petias .xiii. de umiliatis et petias .ii. de mantellaribus, pretij lib. .xvii. den. imperialium, quo sibi videbitur et iverit cum suis, causa negociandi et possit facere et uti causa negociandi cum suis. Et debent lucrari et expendere per libram cum suis. In reditu vero quem faciet, reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et debet habere quartam proficuj. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Wilielmus de Padu, Petrus Regalis, Wilielmus de Vanzono.

(1) *In sopralinea*: ex primo decreto.

(2) *Cancellato*: pro.

(3) *Cancellato*: re.

(4) *Per postilla*: vel quiete... possidere.

1366. *Giordano de Mari pagherà una somma a Lorenzo, maestro, alla prossima Pasqua. 2 dicembre 1191.*

Laurentij magistri].

Confitetur Iordanus de Mari se daturum Laurentio magistro antelami lib. .iii. den. jan. ad pasca proximam, sub pena dupli in suis bonis. Testes Rolandus de Canneto, Rolandus Lucensis. Ea die et loco.

1367. *Stefano di Pietro Uguccione e Gregorio di Ci pagheranno una somma a Uberto Vacca o a Enrico Iosberto nella prossima fiera di Lagny. 3 dicembre 1191.*

Uberti Vacce] (1).

Testes Belardus Benedictus, Ottolinus de Sancto Martino, Petrus capellerius. Sub volta Fornariorum, die .iii. decembris.

Confitentur Stephanus Petri Hugozonis et Gregorius de Ci se datus Uberto Vacca vel Enrico Iosberto lib. .xxviii. bonorum previdixum, numerando, in proxima feria de Laniaco. Et si forent peiorati de lege vel de peso, dare promittunt pro solidis .xlvi., marcam argenti boni ut ascendet de toto debito, et expensas et dampnum et mutuum restituere, in verbo creditorum et similiter pagare. Et sua bona pignori obligant in solidum, abrenunciantes juri solidi et omni iuri.

1368. *Brozarolo da Milano pagherà una somma a Guglielmo Barbavaira alla purificazione di Maria, con la fideiussione di Belengerio di Narbona. 3 dicembre 1191.*

Wilielmi Barbavaire].

Confitetur Brozarolus de Mediolano se daturum Wilielmo Barbavaira lib. .xx. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et Belengerius de Narbona debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ogerius de Cartagenia, Vivaldus nepos Bocce-Grose, Oldracus de Papia. Ea die et loco.

1369. *Rubaldo Ponzio contrae una accomendatio con Ricomanna de Mari per traffici in Sardegna. 3 dicembre 1191.*

Ricomanne].

Confitetur Rubaldus Pontius se portare in accomendatione a Ri-

(1) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 140.*

comanna de Mari lib. .x. in Sardiniam causa negociandi, ad quartam proficuj. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et possit mittere et uti sicut de suis, causa negociandi. Testes Petrus Amatus, Gerardus barberius. Ante domum Ingonis de Volta, die .III. decembris.

1370. *Rubaldo Ponzio contrae una accomendatio con Guglielmo Ponzio per traffici in Sardegna.* 3 dicembre 1191.

[*Wilielmi Pontij*].

Confitetur Rubaldus Pontius se portare in accomendatione a Wilielmo Pontio lib. .cl. in Sardiniam causa negociandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Et possit mittere ei in Ianua et facere sicut sibi videbitur causa negociandi. Testes Obertus Corsus, Otto de Langasco (1). Et debet habere quartam proficuj. Ante domum Petri Venti, ea die.

1371. *Villano da Rapallo, Guglielmo Ponzio, e Pietro della Croce contraggono una societas per traffici in Sardegna.* 3 dicembre 1191.

[*fo. 71 v.*] (2) *Wilielmi Pontij, Petri de Cruce*].

Confitetur Villanus de Rapallo se portare in societate a Wilielmo Pontio lib. .xxi. et a Petro de Cruce, de societate eius et sui fratris Antuli et Oberti, lib. .xxi. et de suis lib. .xxi., in Sardiniam, causa negociandi. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Sub volta Fornariorum, die .III. decembris. Testes Wilielmus Sine Brachiis, Arnaldus de Diono, Rolandus de Capellana. .MCLXXXI., indictione .VIII.

1372. *Rainaldo, fratello di Camerlengo da Lucca, pagherà al 1º di febbraio una somma a Uberto di Clusa.* 3 dicembre 1191.

Uberti de Clusa].

Confitetur Rainaldus frater Carmalengi de Luca se daturum Uberto de Clusa .LXXXII $\frac{1}{2}$. ad kalendas februarii proximi, sub pena du-

(1) *Segno di paragrafo.*

(2) *Nel margine superiore: I[n decem]bre.*

pli. Testes Armannus balesterius de Predi, Widolotus Lucensis. Pro ballis .v. fustaneorum. Ea die et loco.

1373. *Ogerio da Cartagena pagherà una somma a Simone di Iser alla purificazione di Maria.* 3 dicembre 1191.

Simonis de Iser].

Confitetur Ogerius de Cartagenia se daturum Simoni de Iser lib. den. jan. .xxxvii. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ansaldus Fornarius, Martinus de Albario.

1374. *Rubaldo di Clusura e suo fratello Lambert, pagheranno una somma a Oberto di Aquabona alla prossima Pasqua.* 4 dicembre 1191.

Oberti de Aquabona].

Confitetur Rubaldus de Clusura de daturos et Lambertus frater eius Oberto de Aquabona lib. .xvi. ad pasca proximam, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Iurant etiam ambo pagare ut supra nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera. Testes Gastaldus de Sagona, Rubeus de Pelio. Sub volta Fornariorum. Et lib. .iii. de predictis sunt filie Anne (1) Wilielmi Quartani. Die .iii. decembris.

1375. *Paolo, draperius, pagherà una somma a Lanfranco Ricerio all'ottava di Pasqua.* 4 dicembre 1191.

Lafranci Ricerij].

Confitetur Paulus draperius se daturum Lafranco Ricerio lib. .xxv. ad octavam pasce proxime, quas prestavit pro amore, sub pena dupli. Testes Michel Nacarus, Bonus Vasallus Zaritola. Ea die et loco.

1376. *Oddone Damiano pagherà una somma a Ogerio di Cartagena alla prossima Pasqua.* 4 Dicembre 1191.

Ogerij de Cartagenia] (2).

Confitetur Oddo Damianus se daturum Ogerio de Cartagenia lib. .LXXVII $\frac{1}{2}$. ad pasca proximam, pro centenariis .xx. piperis, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .v. decembris. Testes Rufinus de Canneto, Wilielmus Rizisom.

(1) In sopralinea: Anne.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 141.

1377. *Ugone di Pavarano dà quitanza a Pietro Guercio dell'acconto del prezzo di una casa. 4 dicembre 1191.*

Petri Guercij].

De toto precio domus de Murvallo quam Hugo de Pavarano cum sua uxore vendidit Petro Guertio, idem Hugo clamat se quietum preter de sol. .xl. Ea die et loco. Testes BonusVasallus de Cartagenia, Anselmus de Caffara, Merlus de Maraxi.

1378. *Marino Rapallino contrae una accomendatio con Vasallo, figlio di Pietro Negro da Porta, per traffici in Roma. 5 dicembre 1191.*

Vasalli].

Confitetur Marinus Rapallinus se portare in accomendatione ab (1) Vasallo filio Petri Nigri de Porta panceras duas, pretij lib. .vii., causa vendendi, Romam, et implicandi et negociandi et faciendi sicut faciet de suis causa negociandi, ad quartam proficuj. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Ea die et loco. Testes Ido Caldinus, Ogerius de Cartagenia.

1379. *Rizardo, nipote di Guglielmo Parvo, Tommaso figlio di Roberto di Londra e Manfredo Guercio, contraggono una societas per traffici in Genova. 6 dicembre 1191.*

Manfredi Guertij] (2).

Confitetur Rizardus nepos Wilielmi Parvi et Tomas filius Roberti de Lundex se habere in societate a Manfredo Guertio lib. .xl., et Rizardus de suis lib. .xxii., et Tomas de suis lib. .vi., causa negotiandi in botea usque dum placuerit Manfredo. (3) Et cum placuerit ei, dare promittunt ei capitale et terciam lucri quod Deus dederit sibi, et duas partes retinere debebunt sibi inter se. In botea de Cartageniis, die .vi. decembris. Testes Wilielmus Parvus de Canneto, Iohannes cazaor.

1380. *Nazario Groppo e Angelo, suo fratello, pagheranno una somma a Ogerio Scoto nell'ottava dell'Epifania. 6 dicembre 1191.*

(1) Cancellato: Ario (2).

(2) Pubblicato in CHIAUDANO M., op. cit., doc. LXIX.

(3) Cancellato: Et Manfredus.

Ogerii Scotti].

In statione heredis Opizonis Lecavele, ea die. Testes Iohannes Boletus, Obertus Blancus, Marchesius de Sancto Laurentio.

Confitetur Nazarius Gropus et Angelus frater eius (1) se daturum lib. .xxvii. minus sol. .iii. Ogerio Scoto (2), ad octavam epiphanie proxime, pro braxili et pro pipere, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes juri solidi et omni iuri.

1381. *Nazario Groppo e Angelo suo fratello pagheranno una somma a Giovanni Boleto alla purificazione di Maria. 6 dicembre 1191.*

Iohannis Boleti].

Et Iohanni Boleto lib. .xxx., pro alumine, ad purificationem sancte Marie proximam, similiter. Ea die et loco et testibus.

1382. *Guglielmo Caito e Buonvasallo da Cartagena contraggono una societas per traffici in Roma, 6 dicembre 1191.*

BoniVasalli de Cartagenia].

In domo BoniVasalli de Cartagenia, ea die. Testes Iohannes Morixinus, Philippus Caitus, Iohannes de Monloro.

Confitetur Wilielmus Caitus se portare in societate a BonoVasallo de Cartagenia lib. .xl. et de suis lib. .xx., Romam et quo sibi videtur, causa negociandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue, cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eodem BonoVasallo lib. .xl. que sunt Ansuixi de Sancto Genesio, ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Et BonusVasallus confitetur quod medietas lib. .xl. est suorum nepotum (3). Item ab Ogerio Scoto lib. .lxxi., ad quartram proficui, Romam, et inde mittere cum testibus vel reducere. Testes (4) Iohannes Boletus, Marchesius de Sancto Laurentio. Sub volta Fornariorum.

1383. *Giovanni Morisino e Buonvasallo da Cartagena contraggono una societas. 6 dicembre 1191.*

(1) *In sopralinea:* et Angelus frater eius.

(2) *In sottolinea:* Ogerio Scoto.

(3) *Dalla parola item fino al termine, lo scriba ha scritto sotto il documento proprio.*

(4) *Cancellato:* Obertus.

Boni Vasalli].

Confitetur Iohannes Morixinus se portare in societate a Bonovallo de Cartagena lib. .xvi., et de suis lib. .viii., quo voluerit similiter. Et super societatem ab eodem lib. .xvi. et sol. .xiii., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. Ea die et loco et testibus.

1384. *Vivaldo da Pino contrae una accomandatio con Guglielmo, fundigarius, per traffici in Sardegna. 7 dicembre 1191.*

Wilielmi fundigarij].

Confitetur Vivaldus de Pinu se portare in accomendatione a Wilielmo fundigario sol. .xl. in Sardiniam causa negociandi, ad quartam proficuj. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus in potestate eius vel missi eius proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Oddo Botarius, Otto filius Ottonis Botarij, Rolandus Botarius. Sub volta Fornariorum, die .vii. decembris.

1385. *Guglielmo Ricardo da Alba pagherà una somma a Guglielmo Fornario ad adventum dalla prossima fiera di Lagny e dà in pegno alcune pezze di stoffa. 7 dicembre 1191.*

[*fo. 72 r.*] Wilielmi Fornarij] (1).

Confitetur Wilielmus Ricardus de Alba se daturum Wilielmo Fornario lib. .lx. et sol. .v. ad adventum proximum de feria de Laniano, et inde ei pignori obligat petias .xi. viridis (2) de Pruins et de Zalon, et petiam .i. persi. Et quod pignus Imbertus de Verzelato confitetur habere a Wilielmo Fornario, voluntate Wilielmi Rizardi et ad fortunam eius, tali pacto: ut si non fuerit pagatus ut supra, promittit reddere idem pignus vel simile vel pagare, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et si pignus dederit, faciat proprio iure quicquid voluerit. Et si in pignore defecerit, reliqua bona sua ei pignori obligat, sub pena dupli. Testes Angelotus de Caffara, Gastaldus censarius. Sub volta Fornariorum, die .vii. decembris.

1386. *Pellegrino Rosso da Savona pagherà all'anno prossimo una somma a Rubaldo Tarallo. 7 dicembre 1191.*

Rubaldi Taralli].

Confitetur Pelegrinus Rubeus de Sagona se daturum Rubaldo Ta-

(1) *Cfr. FERRETO A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, doc. X.*

(2) *Cancellato et peti.*

rallo lib. .xxx. den. jan. ad annum proximum, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera, et quod occasione usure vel ecclesie non faciet ut perveniat ad aliquod dampnum. Et Rubaldus Detesalvus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio et capitulo. Ante domum Balduini Guertij, ea die. Testes Obertus Botetus, Enricus Detesalvus, Petrus de Porta, Gastaldus censarius.

1387. *Manfredo Groia pagherà una somma a Iosberto e a Musso alla domenica delle Palme, con la fideiussione di Tebaldo Reverzolo. 7 dicembre 1191.*

Iosberti].

Confitetur Manfredus Groja se daturum Iosberto et Musso lib. den. jan. .L. in ramis olivarum proximis, sub pena dupli. Et Tebaldis Reverzolus debitor et pagator, sub pena dupli in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ante stationem Ansaldi Lecavele, ea die. Testes Martinus Curtus, Manfredus Guertius.

1388. *Manfredo Groia pagherà una somma a Giovanni, figlio di Rubaldo Alcerio, a metà quaresima, con la fideiussione di Tebaldo Reverzolo. 7 dicembre 1191.*

Iohannis filij Rubaldi Ascerij].

Confitetur Manfredus Groja se daturum Iohanni filio Rubaldi Ascerij lib. .xxvii. minus den. .xl. ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Et Tebaldus Reverzolus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In statione Ansaldi Lecavele, ea die. Testes Ansaldus Luxius, Petrus Picardus (1). Et sunt de societate quam habet cum Rainaldo Ceba et cum eius nepotibus.

1389. *Ragul, nipote di Gherardo Alamanno, contrae una accomodatio con Rolando di Canneto per traffici in Sardegna. 7 dicembre 1191.*

Rolandij].

Confitetur Ragul nepos Gerardi Alamanni se portare in accomodatione a Rolando de Canneto cannas .vi. stanfort de grana, pretij

(1) *In sottolinea*: Petrus Picardus.

lib. .xi. et sol. .viii. (1), in Sardiniam, et sol. .xn. in denariis, ad (2) terciam proficuj. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Raimundus Unaldus, Iohannes cazaor, magister Obertus de Placentia. Ea die et loco.

1390. *Tebaldo Reverzolo e Rufino Reverzolo pagheranno una somma a Bernardo, nipote di Rosso banchiere, o a Rosso nel mese prossimo. 7 dicembre 1191.*

Bernardi].

Testes Paulus draperius, Vetulus Marinus, Michel Nacarus. Ea die et loco. Confitentur Tebaldus Reverzolus et Rufinus Reverzolus (3) se daturum Bernardo nepoti Rubei bancherij vel Rubeo lib. den. jan. .cxxxi., usque ad mensem proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.

1391. *Ragul, nipote di Gherardo Alamanno, contrae una accomodatio con Lantelmo, tajaor, per traffici in Sardegna. 7 dicembre 1191.*

Lantelmi tajaor].

Confitetur Ragul nepos Gerardi Alamanni se portare in accomodatione a Lantelmo tajaor lib. .x. in Sardiniam causa negociandi, ad terciam proficui. Inde Ianuam reducere promittit vel mittere cum testibus in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit, cum capitali. Testes Anselmus tajaor, Rogerius tajaor, Amicus Laborantus. Ea die et loco.

1392. *Sibilia, moglie del fu Guglielmo Longo, per se, per i suoi figli e per i suoi eredi, concede a livello un terreno in Genova a Corrado di Mattarana. 8 dicembre 1191.*

Locatio Sibilie Currado de Matalana].

In domo Ingonis Longi, die .viii. decembris. Testes Homo Deus de Rapallo, Martinus de Paxano, Iohannes de Castelleto, Petrus Puceillus, Albertus Sedazarius.

Sibilia quondam uxor Wilielmi Longi, per se suosque filios et per suos heredes, locat Currado de Matalana tabulam .i. terre in civitate Ianue, iuxta edificium Rapallini, et antea est via, a latere edificium de Enbriacis, retro terra locatoris, ad tenendum ei ha-

(1) *In sopravlinea:* et sol. .viii.

(2) *Cancellato:* quartam pro.

(3) *In sopravlinea:* et Rufinus Reverzolus.

bendum libellario nomine a natali Domini proximo ad annos .xxviii. Quam locationem promittit tenere et habere firmam et ratam et quod sui filii similiter (1) et ab omni homine defendere et nullam impositam facere nec pensioni aliquid addere, sub pena sol. .c. stipulata in suis bonis. Et ipse per se suosque heredes promittit tenere et edificare et dare annuatim sol. .iii.. in sancto Stephano, sub pena sol. .c. in suis bonis, que omnia ei pignori obligat pro pena et pro conditione. Et pena soluta a parte que contravennerit, quis eorum non attenderit ut supra cadat a iure locationis, et Sibilia abrenuncians decreto consultus Velleiani et iuri quo cavitur principalem et omni iuri.

1393. *Rubaldo di Soresella e Alda, coniugi, rinunciano a favore di Guglielmo, del fu Oliviero di Celle, e di Verdilia, sorella di Alda, coniugi, a tutti i beni presenti e futuri di proprietà della detta Alda e ai diritti relativi. 9 dicembre 1191.*

Wilielmi et Verdilie].

Rubaldus de Sorexella et Alda jugales filia quondam Ottonis de Sucella, per se suosque heredes faciunt finem et refutationem omnifariam et remissionem et transactionem Wilielmo filio quondam Oliverij de Cella et Verdilie jugales et sorori predicte Alde de omnibus bonis paternis que fuerunt vel sunt predicte Alde vel ei pervenerunt et de omni iure quod habent vel habuerunt occasione illorum bonorum et de omnibus bonis illis transactionem faciunt eis pro sol. .l., et quietos se clamant. Et promittunt eis quod decetere nullam requisitionem facient vel actionem movebunt per se nec per alium pro se de illis bonis vel occasione illorum bonorum aliquo modo vel quovis ingenio sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri et Alda abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani. Et confitentur ambo se jurasse ita attendere et contra non venturos per se nec per alium pro se. Et Alda facit hec consilio Iacobi de Monjardino parentis (2) et Vasalli Fornarij. Testes Ogerius de Cartagenia et consiliatores. Sub volta Fornariorum, die .viii. decembris, et possessionem integrum vel quasi (3) eis tradidisse confitentur. Et que bona eis defendere et auctorizare promittunt sub pena dupli in solidum.

(1) *In soprallinea*; et quod sui filii similiter.

(2) Parentis *in soprallinea* su amici sui *cancellato*.

(3) Vel quasi *in margine*; quam habebant de bonis illis vel visi sunt habere *cancellato*. Decembris *in linea*, ma non *in ordine*. Sembra che il notaio avesse l'intenzione di aggiungere come postilla tutta la parte et possessionem *sino alla fine*, dopo vel quovis ingenio.

1394. *Guglielmo, del fu Guglielmo Galea, per se e per suo fratello, loca a Giovanni Zaputio una località in Aggio per vent'anni.*
9 dicembre 1191.

[*fo. 72 v.*] (1) *Locatio Wilielmi Galee Iohanni Zaputio*].

Wilielmus filius quondam Wilielmi Galee, per se suumque fratrem Bartholomeum, locat, dat, et cedit Iohanni Zaputio locum de Ajo, quem tenet Burdonus et cum omnibus pertinentiis loci, sicut tenet Burdonus, ad habendum, tenendum et usufructandum a natali Domini proximo ad annos .xx., et quam locationem promittit tenere et habere firmam et ratam et quod suus frater firmam habebit et ab omni homine defendere et nullam impositam facere et pensioni nichil addere, sub pena sol. .c., in suis bonis stipulata. Et pena soluta, locatio sit firma. Et ipse promittit tenere et dare annuatim in sancto Stephano sol. .xxiii. nomine conditionis, et patenare annuatim medium tabulam vinee, et salvare et custodire et meliorare et non peiorare, et locationi nullam fraudem adhibere, sub pena sol. .c. stipulata. Et pena soluta et conditione, cadat a iure locationis. Et si ultra hoc pactum (2) conductor fecerit aliquod melioramentum et (3) locator desisteret predictam terram habere, restituere promittit melioramentum, sub pena dupli in suis bonis et abrenuncians juri quo cavetur principalem debitorem (4). Sub volta Fornariorum, die .viii. decembbris. Testes Petrus Guertius, Wilielmus Zaputius, Wilielmus Balduini de Clavari. .MCLXXXI., inductione .viii.

1395. *Guglielmo Martino divide i redditi di una societas con Lanfranco Ricerio.* 9 dicembre 1191.

Lafranci Ricerij, et Wilielmi Martini].

Confitetur Wilielmus Martinus quod lucratus est de societate quam habet cum Lafranco Ricerio lib. .cxxv., de quibus libris dicit idem Wilielmus Martinus quod lib. .xxv. (5) debent esse Rustagni Marini. Et confitetur idem Wilielmus Martinus quia dicit quod idem Rustagnus debet habere quintum lucri (6). Quod lucratus est in facto galee lib. .lxxv., unde Lafrancus et Wilielmus Martinus confitentur

(1) *Nel margine superiore:* In [dicembre].

(2) *Cancellato:* lo.

(3) *Cancellato:* et est.

(4) *Per postilla:* et abrenuncians... debitorem.

(5) *Cancellato:* sunt.

(6) *La frase* Et confitetur idem... habere quintum lucri è scritta nel corpo del documento, ma è chiaramente distinta.

habere litem ad invicem. Quam litem promittunt ponere dissinendam ratione vel accordio sub (1) Petro Ricerio et Ricerio et Wilielmo Milo, vel sub duobus si tercius refutaret, vel etiam sub uno eorum. Et si omnes tres reciperent, promittunt stare in hoc quod dicent ipsi vel maior pars eorum. Et si ipsi tres refutarent ut supra (2) promittunt ponere sub arbitrio bonorum hominum, voluntate partium, sub quibus promittunt stare in hoc quod dicerent sentencia vel accordio. Et ut supra promittunt attendere vicissim, sub pena lib. .l. stipulata. Etiam promittunt quod terminum non petent ultra dies .m. et quod medietorem judicem nec alium petent mediatorem, nisi comuni voluntate. Et confitetur idem Wilielmus Martinus quod de societate quam habet (3) cum Lafranco Ricerio prestativit in facto galee tarinos tria milia, unde processit predictum lucrum. In statione Fornariorum, ea die. Testes Raimundus Guertius, Wilielmus murator, Iacomus filius Bernardi calegarij, Iohannes de Canali.

1396. *Tebaldo Ariazolo da Alba pagherà una somma a Guglielmo Fornario all'ottava di Pasqua, con la fideiussione di Guglielmo Ricardo e di Uberto Palio. 10 dicembre 1191.*

Wilielmi Fornarij] (4).

Testes Imbertus de Verzellato, Balduinus filius Ogerij Scoti, Wilielmus filius Wilielmi de Albario. Sub volta Fornariorum. Confitetur Tebaldus Ariazolus de Alba se daturum Wilielmo Fornario lib. .xxxiii., ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Et Wilielmus Ricardus et Ubertus Palius debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Die .x. decembris.

1397. *Buonsignoro da Fontana dà quitanza di una somma ad Alberto da Fontana. 10 dicembre 1191.*

Alberti de Fontana].

Confitetur Bonus Segnorus de Fontana se recepisse ab Alberto de Fontana lib. .xiii. quas habebat idem Albertus ab eo de rebus Stramaezi filij eiusdem Boni Segnori, sicut continebatur in carta accommodationis de lib. .xiii. Et quibus lib. .xiii. et de proficuo et de

(1) *Cancellato*: Pret.

(2) *In soprolinea*: ut supra.

(3) *Habebat cambiato in habet*.

(4) *Pubblicato in FERRETTO A., op. cit., doc. X.*

capitali idem Bonus Segnorus clamat se quietum et pagatum. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Gregorius tajaor, Wilielmus de Verazano, Ansaldus Bavar de Porta.

- 1398.** *Raimondo di Misel e Guglielmo Scafina pagheranno una somma a Uberto Costa alla prossima fiera di Lagny, con la fideiussione di Guglielmo Rizisom e di Joceralmo Guglielmo.*
10 dicembre 1191.

Uberti Costa] (1).

Confitentur Raimundus de Misel et Wilielmus Scafina se daturum Uberto Costa lib. .xxiii. bonorum previdixum in proxima feria de Laniaco. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittit (2) pro sol. .xlvi. ut ascendet de toto debito, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde, in verbo creditoris, et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Wilielmus Rizisom de lib. .viii. (3) et Jocermalus Wilielmus de lib. .xvi. pro Wilielmo Scafino, debitores et pagatores, et sua bona pignori obligant, abrenunciantes juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Iacomus de Curtimilia, Rodulfus Garretus. Ea die et loco. Et Martinus de Albario.

- 1399.** *Tebaldo Reverzolo pagherà una somma all'ottava di Pasqua a Pietro Turrel, con la fideiussione di Belardo da Valfenera.*
11 dicembre 1191.

Petri Turrel] (4).

Confitetur Tebaldus Reverzolus se daturum Petro Turrel lib. den. jan. .cxlv. ad octavam pasce proxime, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde, in verbo creditoris, restituere promittit et similiter pagare promittit. Et sua bona pignori obligat. Et Belardus de Valfenera debitor et pagator, in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Baldonus Gilon, Rizardus Belardungus, Rufinus Baignerus. Sub volta Fornariorum, die .xi. decembris.

- 1400.** *Bisacino, figlio di Rubaldo Bisacio e Aimelina, coniugi, vendono a Ingone Pello, per la Chiesa di Mezzema, tutta la terra in Struppa che fu del fu Enrico Mallone.* 17 dicembre 1191.

(1) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 142.

(2) Sic!

(3) Cancellato: et Iacomus de C.

(4) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 143.

Ingonis Pellis].

Bisacinus filius Rubaldi Bisacij et Aimelina jugales vendunt Ingoni Pelli, ementi nomine ecclesie de Mesema, totam terram quam quondam Enricus Mallonus visus fuit habere in Stropa et in pertinentiis Strope, videlicet, vineam et molendina et pratum et terram vacuam et omnes exitus et totum quod tenuit vel habuit Enricus Mallonus vel suus heres vel aliquis pro eo vel idem venditores in molendino quod dicitur Ripa et in molendinis binellis superioribus [fo. 73 r.] preter castagnetum de Pixola. Et terre que dicitur Mo.. danegum (1) et pastenum. Coheret superius via, inferius terra quondam Nicole Pellis, ex latere terra Wilielmi Goci, ex alio latere terra filiorum Guarnerij et Gandulfi et filiorum Fredaldi. Prato quod est comune per medietatem cum Iacomo de Murta et uxore quod est super carratas coheret terra Nicole Bolerati, ab alia parte terra Baldeti Ravani, et aliorum consortum usque in Costam. Hec omnia ut supra et totum quod poterit invenire Enricum Mallonum vel suum heredem vel eosdem venditores tenuisse vel habuisse in Stropa et in pertinentiis, cum omni suo jure et comodo et utilitate et ingressibus et exitibus suis, nichil in se retento, preter castagnetum de Pixola, vendunt ei pretio lib. den. jan. .lxxx., et de pretio clamant se quietos et pagatos. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt. Et possessionem cum dominio ei consententur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure ipse eiusque successores quicquid voluerint, sine omni eorum omniumque pro eis contradictione. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque successoribus defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligant, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit hec vendita sub extimatione in consimili loco. Et quisque eorum obligat se et sua in solidum, abrenunciantes juri solidi quod dicitur: si duo pluresve in solidum se obligaverint, quisque pro parte teneatur, (2) et iuri quo cavetur ut si quis deceptus fuerit ultra dimidium justi pretij, agere possit vel ad rei restitutionem vel ad pretij suppletionem, et exceptioni non numerate peccunie, et omni iuri. Et Aimelina abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani. Et facit hec omnia consilio et auctoritate suorum parentum Wilielmi Crispini et Philippi Baracerij. Sub porticu Rubaldi Bisatie, die .xvii. decembris. Testes Ido de Carmadino, Petrus de Porta et consiliatores.

(1) Il foglio è danneggiato.

(2) Cancellato: et iuri omni.

1401. *Rubaldo Guercio prende a mutuo una somma da Lanfranco Roccia. 17 dicembre 1191.*

Lafranci Rocie].

Confitetur Rubaldus Guertius se cepisse mutuo a Lafranco Rocia lib. .LVI. et sol. .XIII., quas promittit reddere usque ad medium augustum proximum. Et inde ei pignori obligat totum introitum Strate, quem promittit dare in unoquoque mense sicut habebit et recipiet computando in pagamento a kalendis januarii in antea (1) preter sol. .xx. per mensem. Et quod defuerit ad medium augustum pagare promittit. Et sua bona pignori obligat, sub pena dupli. Iurat etiam ita pagare et attendere ut supra intercise, nisi quantum impedimento mortis vel captionis remanserit, et quod occasione usure non faciet ut perveniat ad aliquod dampnum. Testes Pascalis Baraja, Otto de (2) Orto. Sub porticu domus in qua moratur idem Rubaldus, ea die.

1402. *Rubaldo da Campomareiano e Montanaria, coniugi, vendono a Giovanni de Curia un castagneto in Ursarolo. 12 dicembre 1191.*

Iohannis de Curia].

Ante ecclesiam Sancte Marie de Veradi, die .xii. decembris. Testes presbyter Petrus de Veradi, et consiliatores infrascripti. Rubaldus de Campomarejano et Montanaria jugales vendunt Iohanni de Curia petiam .i. castagneti, in ora que dicitur Ursarolus, cui coheret superius via, inferius fossatum, a latere terra Sancti Martini de Magner et consortium, ab alio latere terra de Oriis et de consortibus. Quam petiam castagneti, cum omnibus superpositis et cum omni iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo, vendunt ei pretio lib. .x. et sol. .v. et de pretio clamant se quietos et pagatos. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit, sine omni eorum omniumque pro eis contradictione. Ab omni etiam homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligant, in solidum, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fue-

(1) *In soprolinea*: computando in pagamento a kalendis januarii in antea.

(2) *Cancellato*: cai.

rit (1) hec vendita, abrenunciantes juri solidi et omni iuri, et Montanaria abrenuncians legi Iulie, juri hypothecarum et decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et Rubaldus facit hec omnia consilio et auctoritate suorum consobrinorum Rubaldi de Loirano et Augusti de Canali. Et Montanaria facit hec omnia consilio Deonati de Costa et Wilielmi Bucheti de Palexano. Et ambo confitentur se esse maiores annis .xxv. Et si non attenderint ut supra vel contravenerint ipsi vel aliquis eorum vel aliquis pro eis vel pro altero eorum, Simon frater predicti Rubaldi promittit emptori (2) eiusque heredi per se suosque heredes defendere et auctorizare, et proprium et principalem defensorem (3) constituit, et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem defensorem primo conveniri et iuri quo cavetur quod nemo obligatur promittendo alienum factum, et omni iuri et auxilio quo se posset tueri.

1403. *Arduino da Canneto e Oberto Bianco pagheranno a Gherardo da Baiolo una somma.* 13 dicembre 1191.

[Gerardi de Bajolo].

Confitentur Arduinus de Canneto et Obertus Blancus se datus Gerardo de Bajolo lib. .L. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Testes Ido Stanconus, Rogeronus Cunixellis. In botea de Cartageniis, die .xiii. decembris.

1404. *Guglielmo da Rodes e Fancello pagheranno una somma a Gherardo di Baiolo all'ottava di Pasqua.* 13 dicembre 1191.

[Gerardi de Bajolo]] (4).

Confitentur Wilielmus de Rodes et Fancellus se datus Gerardo de Bajolo lib. .LXXXIII. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. In botea illorum de Oria, ea die. Testes Wilielmus Rizisom, OttoBonus de Domocolta.

1405. *Rodolfo Garreto pagherà una somma a Ogerio da Cartagena all'ottava di Pentecoste, con la fideiussione di Guglielmo Monaco.* 13 dicembre 1191.

(1) *Cancellato:* sicut pro tempore valuerit.

(2) *Cancellato:* def.

(3) *Cancellato:* et.

(4) *Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

Ogerij de Cartagenia] (1).

Confitetur Rodulfus Garretus se daturum Ogerio de Cartagenia lib. .CLXXXVII $\frac{1}{2}$., pro centenariis .xxv. piperis, ad octavam pentecostes (2), sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et Belardus de Valfenera eidem Ogerio lib. .LXXXIII $\frac{1}{2}$. pro centenariis .x. piperis, et pro carega .i. cimini (3), ad mensem .i. proximum post pasca (4). Et Wilielmus Monacus debitor similiter. Ante domum eiusdem Ogerij, ea die. Testes Otto de Rezo. Wilielmus Fornarius, Otto Bonus Revellus. Et centenaria .xvi. piperis sunt de societate quam habet Ogerius cum Bernardo Rubeo.

1406. *Ogerio da Cartagena pagherà una somma a Guglielmo Monaco alla Purificazione di Maria.* 13 dicembre 1191.

[*fo. 73 v.*] (5) *Wilielmi Monachi*.

* Confitetur Ogerius de Cartagenia se daturum Wilielmo Monaco [lib.] .LXVI. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Testes Bernardus Rubeus, Iacomus de Bombel. Ante domum eiusdem Ogerij, die .xiii. decembris. .MCLXXXI., indictione .viii.

1407. *Viviano di Malverme e Imelda, coniugi, e Guilia sorella di Imelda, vendono a Guglielmo Gatto vari appezzamenti di terreno in località varie.* 13 dicembre 1191.

Wilielmi Gatti].

Testes Gandulfus filius Martini Gandalini, Lafrancus de Gravejo, Iohannes de Verojo, Iohannes Ricius. Sub volta Fornariorum, ea die (6). Vivianus de Malverme et Imelda (?) jugales (7) et Guilia soror eius vendunt Wilielmo Gatto duas partes petie unius terre posite in territorio de Sejestri, in ora que dicitur Campus, juxta terram Martini de Campo, et duas partes petie de Stafula juxta terram Martini de Campo, et duas partes petie de Rovalo juxta terram Anselmi de Strupi, et duas partes petie .i. in Carpeneto iuxta terram

(1) Rosso G., *op. cit.*, doc. 144.

(2) Lo stes è *in margine*.

(3) *Per postilla*: pro centenariis... cimini.

(4) Mensem .i. proximum post pasca *in soprallinea su* eundem terminum *cancellato*.

(5) *Nel margine superiore*: [In decembre].

(6) *In margine*: ea die.

(7) *In soprallinea*: et Imelda (?) jugales.

Ogerij de Gategnolo, et in eadem ora duas partes alias petie iuxta terram eiusdem Ogerij, et duas partes unius petie (1) iuxta terram Arloti, et ut supra et totum quod per eos poterit invenire, preter domum vendunt ei cum omni suo iure et in omnibus partibus ubi habent pro indiviso cum fratre suo Oberto, et cum omnibus superpositis, pretio lib. (2) .vi $\frac{1}{2}$., et quietos se clamant et pagatos. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum proprio jure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et Giulia abrenucians decreto consultus Velleiano et omni iuri. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant in solidum, sicut pro tempore valuerit. Et Giulia facit hec consilio Iohannis de Verojo amici et Gandulfi filij Martini Gandalini. Et Imelda consilio eorundem.

1408. *Pietro Turrel e Belardo Belardungo pagheranno una somma a Pietro Gardino alla festa di S. Secondo o alla fiera di Provins. 13 dicembre 1191.*

Petri Gardini] (3).

Confitentur Petrus Turrel et Belardus Belardungus se datus Petrus Gardino lib. den. jan. .LXIII. ad festum sancti Secundi proximi. Et si tunc non pagaverint, in proxima feria de Majo de Pruins, pro quibuslibet den. .xv. jan. dare promittunt previdixes .xii. Et si previdixes forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittunt pro sol. .XLVI. marcam argenti ut ascendet de toto debito. Quod si ita non attenderint, expensas et dampnum et mutuum a termino inde ei restituere in verbo creditoris et sine sacramento et similiter pagare promittunt. Et inde omnia sua bona ei pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Ante stationem de Cartageniis, ea die. Testes Rolandus de Fontana, Enricus Alfer, Obertus Falzonius, Ottolinus de Sancto Martino.

1409. *Patti relativi alla obbligazione in solido assunta da Pietro Turrel e da Gelardo Belardungo con Pietro Gardino. 13 dicembre 1191.*

Petri Turrel et Belardi].

De lib. .LXIII. vel occasione earum, de quibus Petrus Turrel et

(1) *Cancellato:* in.

(2) *Cancellato:* .xv. (?).

(3) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 145.*

Belardus Belardungus obligant in solidum Petro Gardino, si alter eorum pagaret plus altero, promittunt ad invicem adequare de tolo quod alter pagaret plus altero, et inde omnia bona sua vicissim pignori obligant. Ea die et loco et testibus.

1410. *Giordano Panecarne vende a Martino Guercio una schiava saracena.* 14 dicembre 1191.

Manfredi Guertij, p.].

* Iordanus Panis et Caro vendit Manfredo Guertio sarracenam .i., Axam nomine, pro ancilla non furata nec ablata, pretio lib. den. jan. .vi. et quietum se clamat. Et possessionem cum dominio ei contententur se tradidisse, ut decetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligant, sicut pro tempore valuerit. Sub volta Fornariorum, die .xiii. decembris. Testes Salomon notarius, Iohannes Pellicia, Paxanus medicus.

1411. *Tibaldo Reverzolo pagherà una somma a Oddone di Piazza*
15 giorni dopo pasqua o alla fiera di Provins. 15 dicembre 1191.

Odonis de Plaza] (1).

Confitetur Tebaldus Reverzolus se daturum Odonis de Plaza lib. den. jan. .LIII. ad dies .xv. proximas post pasca proximam. Et si tunc non pagaverit, dare promittit in proxima feria de Majo de Pruins den. .xii. previdixes pro quibuslibet den. .xv. et quarta jan. Quod si ita non attenderit, expensas et dampnum et mutuum a termino inde restituere et similiter pagare promittit, et inde omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Testes Belardus Benedictus, Anselmus de Prato. In curia Gontardi, die .xv. decembris.

1412. *Ogerio Vento vende a Borbonoso un terreno in Genova.* 15 dicembre 1191.

Borbonosi].

Ogerius Ventus vendit Borbonoso terram quam videtur habere in civitate Ianue, in ora Sancti Syli, positam ante domum filiorum Enbronii et vacuum quod habet retro ab illa terra, et que terra fuit Ogerij Pancie, et cui terre coheret antea via, a latere terra filiorum Ogerij Pancie, ab alio latere domus filiorum Groje, retro est vacuum filiorum Ogerij Pancie. Quam terram totam et vacuum, sicut

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 146.

habuit ab extimatoribus, nichil in se retento, cum omni suo jure et comodo et utilitate, vendit ei pretio lib. den. jan. .c., et quietum se clamat et pagatum. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit, sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Ab omni etiam homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte, omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti, pignori obligat, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit sub extimatione in consimili loco. In domo Lafranco Ricerij, ea die. Testes Bonus Vasallus Zaritola, Belleratus de Castelletto.

1413. *Borbonoso dà quitanza di una somma a Ogerio Vento. 15 dicembre 1191.*

Ogerij Venti].

* Confitetur Borbonosus se recepisse ab Ogerio Vento lib. .l., et quietum se clamat. Quas lib. .l. excusavit in debito terre quam comparavit Borbonosus ab eodem Ogerio. Ea die et loco et testibus.

1414. *Oberto Falzone pagherà una somma a Giovanni di Brosono alla purificazione di Maria, con la fideiussione di Ottolino da S. Martino e di Belardo Grugno. 15 dicembre 1191.*

Iohannis de Brosono, p.].

Confitetur Obertus Falzonus se daturum Iohanni de Brosono lib. .xvi $\frac{1}{2}$., ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Et Ottolinus de Sancto Martino et Belardus Grugnus debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Datarus pellizarius, Germanus. In curia Gontardi, ea die.

1415. *Ottobono prende impegni con Oberto Boleto relativamente ad opere murarie da farsi nella sua casa. 14 dicembre 1191.*

[fo. 74 r.] Oberti Boleti, p.].

Ottobonus de Sola[la]rio (1) promittit Oberto Boleto levare domum eius a base columpne usque in pedes .xxxiii. ex parte vie, et ingrossare murum ab utraque parte si necesse fuerit, et facere scalam et mezanum cum voltis et picare columpnam et facere usque ad lixare et capitellos et columpnellos vermilios et laborare marmora

(1) Il foglio è danneggiato.

et facere murum de opera picata, simili operi Wilielmi Zirbini de Petris, et facere balconatam .i. in mezano et murum et portas et duas balconatas superius, et sportam de archetis. Hec omnia promittit facere usque ad sanctum Michaelem, cum suis expensis, pro lib. .xlv. Et Obertus dare promittit lib. .xlv. et calcinam et marmora et columpnam et capitellos et ligna necessaria et ferra necessaria operi in opere ponenda. Et ut supra promittunt attendere ad invicem, sub pena lib. (1) .xlv. vicissim stipulata in suis bonis. Sub porticu Ottonis ferrarij, die .xiii. decembris. Testes Suzusbonus, Iohannes Boletus. .MCLXXXI., indictione .viii.

- 1416.** *Pasano, medico, vende a Carentana, compratrice per la sorella Rosa, una terra in Zerli. 16 dicembre 1191.*

Rose].

Paxanus medicus vendit Carentane ementi nomine Rose sue sororis, totam terram quam habet in Zerli, in ora que dicitur Fossum, plenam et vacuam, cum omni suo jure et comodo et utilitate pretio sol. .xx. den. jan., et quietum se clamat et pagatum. Et quod plus valet, titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse, ad faciendum proprio jure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et autorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda, ei stipulanti pro sorore, pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Sub volta Fornariorum, die .xvi. decembris. Testes Ogerius de Cartagenia, Otto calcherius, Raimundus capellerius.

- 1417.** *Raimondo Unaldo pagherà a Pietro Leonardo una somma a metà quaresima. 16 dicembre 1191.*

Petri Leonardi].

Confiteatur Raimundus Unaldus se daturum Petro Leonardo lib. .xxxviii. ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Iordanus Ricerius, Wilielmus Rizisom.

- 1418.** *Ottolino da S. Martino e Belardo Grugno pagheranno una somma a Guglielmo Barbavaira all'ottava di Pasqua, con la fideiussione di Belardo Cuialda e Belardo Belardungo. 16 dicembre 1191.*

(1) *In sopralinea:* lib.



Wilielmi Barbavaire] (1).

Confitetur Ottolinus de Sancto Martino et Belardus Grugnus se daturum
daturos Wilielmo Barbavaira lib. .lxxv. ad octavam pasce proxime,
sub pena dupli. Et Belardus Cujalda et Belardus Belardungus debi-
tores et pagatores sub pena dupli, in solidum, abrenuntiantes iuri
solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.
In curia Gontardi, ea die. Testes Marinus Malfiliaster, Ansaldus
Malfiliaster.

1419. *Vasallo da Fegine di Bonagente e Stefano suo figlio pa-
gheranno una somma a Enrico, banchiere, alla festa di S. Bar-
tolomeo, con la fideiussione di Rolando Bonagente. 17 dicem-
bre 1191.*

[Enrici bancherij].

* Promittit Vasallus de Figino de Bonagente et Stephanus filius eius (2) se daturum Enrico bancherio lib. .vii., medietatem ad sanctum Bartholomeum proximum et aliam medietatem a natali Domini proximo ad annum proximum, pro asinis .ii., et inde eosdem asinos et reliqua bona sua, ei stipulanti, pignori obligat, sub pena dupli in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et omni iuri. Et Rolandus de Bonagente debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Rainerius de Quinto, Enricus de Strata, Petrus de Quinto. In curia Gontardi, die .xvii. decembris.

1420. *Rainerio da Quinto e Prospero da Quinto pagheranno una somma al medesimo alla stessa data. 17 dicembre 1191.*

[Enrici bancherii]] (3).

* Et Rainerius de Quinto sol. .xl. pro asino .i. Et Prosperus de Quinto cognatus Ioannardi de Quinto sol. .xviii. pro asino, ad sanctum Bartholomeum proximum, sub pena dupli. Testes Enricus de Strata. Ea die et loco.

1421. *Imberto da Vercellato pagherà una somma a Gherardo di Baiolo alla prossima fiera di Lagny. 17 dicembre 1191.*

Gerardi de Bajolo].

Confitetur Imbertus de Verzellato se daturum Gerardo de Bajolo

(1) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 147.

(2) In sopralinea: et Stephanus filius eius.

(3) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

lib. .xxiiii. previdixum in proxima feria de Laniaco, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde. Et sua bona pignori obligat. Testes Rubaldus de Modo, Obertus Boletus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1422. *Belardo Cujalda e Giacomo da Soler pagheranno una somma a Giacomo da Bombel all'ottava della Purificazione di Muria, con la fideiussione di Oberto Falzone e di Rolando da Soler.* 17 dicembre 1191.

Iacomi de Bombel] (1).

Confitentur Belardus Cujalda et Iacomus de Soler se daturum Iacomo de Bombel lib. .c. minus sol. .vi. pro alumine (2), ad octavam purificationis sancte Marie proxime. Et Obertus Falzonus et Rolandus de Soler debitores et pagatores et omnes obligationes, in solidum, sub pena dupli, abrenuntiantes iuri solidi et iuri quo cavitetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Iohannes Boletus, Obertus Salicus. Ea die et loco.

1423. *Fulco Bernardo prende a mutuo una somma da Lanfranco Ricerio.* 17 dicembre 1191.

Lafranci Ricerij].

Confitetur Fulco Bernardus se recepisse mutuo pro amore a Lafranci Ricerio lib. den. jan. .LXXV. et mussimutinos .c. novos, quas libras et quos mussimutinos reddere promittit ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli in suis bonis. Sub porticu eiusdem Lafranci, ea die. Testes Raimundus Guertius, Wilielmus Martinus, Wilielmus de Pallo, Iordanus Ricerius.

1424. *Prospero da Carpeneto riconosce una sua compera di terreno e di alberi fatta da Lanfranco di Carpeneto.* 18 dicembre 1191.

Prosperi] (3).

Confitetur Prosperus de Carpeneto quod comparavit a filiis Lafranci de Carpeneto medietatem unius septene terre quam habebant in Comunaja et medietatem duarum queruum et unius arboris de castanea et petiam de fraxino. Quam compararam si decetero filij Lafranci de Carpeneto vel eorum heredes impediverint vel contrave-

(1) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 148.

(2) In soprалinea: pro alumine.

(3) Il doc. è pubblicato da FERRETTI A., Documenti genovesi di Novi e Valle Scrivia (946-1230), doc. 123.

nerint, Otto de Langasco pro eis promittit Prospero defendere a filiis Lafranci et ab eorum heredibus, sub pena dupli stipulata in suis bonis, que omnia ei pignori obligat, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In domo Sancti Laurentii in qua habitat idem Otto, die .xviii. decembris. Testes Ricius Barlaira, Anfussus de Novis, Manfredus cannaor.

1425. *Guglielmo Poiano, Guglielmo Garino e Raimondo Torsello pagheranno una somma a Balduino Biondo o a Nicola suo fratello alla fiera di Lagny.* 18 dicembre 1191.

[*fo. 74 v.*] (1) *Balduini Blondi*].

Confitentur Wilielmus Pojanus et Wilielmus Garinus et Raimundus Torsellus se datus Balduino Blondo (2) vel Nicole fratri eius lib. .lxxx. bonorum previdixum in proxima feria de Laniaco, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde. Et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et omni iuri. Testes Wilielmus Rizism, Ogerius de Cartagenia. Sub volta Fornariorum, die .xviii. decembris.

1426. *Ogerio Scoto pagherà una somma a Buonvasallo Respeito all'ottava di Pasqua.* 19 dicembre 1191.

BoniVasalli Respeiti].

Promittit Ogerius Scotus se daturum BonoVasallo Respeito lib. .xxv. ad octavam pasce proxime, pro obligatione qua tenebatur ei pro Guasco de Volta, sub pena dupli. Et ita promittit attendere, sua legalitate. Testes Anselmus Garrius, Federicus de Sosilia. Sub volta Fornariorum, die .xviii. decembris.

1427. si accorda circa la riparazione di una nave. 19 dicembre 1191.

Wilielmi de Pallo].

Testes Lafrancus Ricerius, Oddonus de Melazo, Iohannes Musen-grus. Ea die et loco.

(3) in quo laborabit. Et promittit quod habebit laboratores necessarios navi meliores quos potuerit et ad minus quod potuerit. Et ita promittit attendere bona fide et sua fide et osculo pacis (4), sub pena

(1) *Nel margine superiore:* [In de]ce[mbre].

(2) *Rago* (?) *cancellato e Blondo in sopralinea.*

(3) *Cancellato:* Promittit Bauditio de Ripa Wilielmo de Pallo se calefatare navem eius et laborare usque ad finem operis, pro sol. .ii. per diem.

(4) *In sopralinea:* et osculo pacis.

sol. .c. stipulata in suis bonis. Et Wilielmus promittit ei tenere usque ad finem calefacarie navis, et dare per diem in quo laborabit sol. .ii., sub pena sol. .c. stipulata in suis bonis.

1428. *Raimondo di Misel e Guglielmo Scafina pagheranno una somma a Giovanni da Mustero all'ottava del carnevale, con la fideiussione di Raimondo Torsello.* 19 dicembre 1191.

Iohannis Musteri].

Confitetur Raimundus de Misel et Wilielmus Scafina (1) sé datum-
rum Iohanni de Mustero lib. .xxx. den. jan. ad octavam carnisle-
vaminis veturis proximam, sub pena dupli in solidum, abrenun-
tiates juri solidi et omni iuri. (2) Et Raimundus Torsellus debitor
et pagator, sub pena dupli, abrenuntians juri quo cavetur princi-
palem debitorem primo conveniri. Testes Raimundus Anfussus, Wi-
lielmus Garinus, Isnardus Torsellus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1429. *Manfredo Goja pagherà una somma in oro a Giacomo di Soler nella prossima fiera di Lagny.* 19 dicembre 1191.

Iacomi de Soler] (3).

Testes Oddo Damianus, Iacomus Damianus. Ea die et loco. Con-
fitetur Manfredus Goja se daturum Iacomo de Soler mussimutinos.
.cccviij. novos in proxima feria de Laniaco, ad dies .v. proximas
ex quo Iacomus vel suus missus fuerit in feria. Et si ita non paga-
verit, pro unoquoque solido previdixe, sicut valebit aurum in feria,
dare promittit den. .xvii. den. jan., in Ianua ad medium .xl. pro-
ximam, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde, et
sua bona pignori obligat.

1430. *Vincijent pagherà una somma a Uberto Taverna alla purifi-
cazione di Santa Maria.* 19 dicembre 1191.

Uberti Taberne].

Confitetur Vincijent se daturum Uberto Taberne lib. .xx. et sol.
.xvi. ad purificationem sancte Marie proxime, sub pena dupli. Ea
die et loco. Testes Iohannes de Clavari, Iohannes Picinus capellerius.

1431. *Ottone Porco di Chieri si riconosce debitore di Guglielmo Fornari, e Guglielmo Riccio dichiara di esser debitore di Ot-*

(1) In soprallinea: et Wilielmus Scafina.

(2) Cancellato: Testes.

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 152.

tone di Porco. Questo credito è dato in garanzia a Guglielmo Fornari. 19 dicembre 1191.

Wilielmi Fornarij] (1).

Confitetur Otto Porcus de Cher se daturum Wilielmo Fornario lib. .xxi. et sol. .xiii. ad medium .xl. proximam. Et Wilielmus Ricius confitetur habere ab eodem Ottone petias .x. de Mensa, et baracamos .iii., et camelinum .i., et pecias .xii. de Sancto Quintino, super quibus idem Wilielmus Ricius debet recipere lib. .lxxii $\frac{1}{2}$. Et quod superfuerit Otto, voluntate Wilielmi Ricij, obligat eidem Wilielmo Fornario pignori. Et si non fuerit pagatus vel in pignore defecerit, reliqua bona sua, ei stipulanti, pignori obligat, sub pena dupli. Et Imbertus de Verzellato et Cunibertus de Cher debitores et pagatores, sub pena dupli, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes (2) Otto judex, Wilielmus Ricius. Ea die et loco.

1432. *Vasello Damiano pagherà una somma a Vivaldo di Portovenere a metà quaresima per la societas che questi ha con Oddone da Milazzo e Amelia.* 19 dicembre 1191.

Vivaldi de Portuveneri] (3).

Confitetur Vaxellus Damianus se daturum Vivaldo de Portuveneri lib. .xxi. ad medium .xl. proximam, de societate quam habet Vivaldus cum Oddone de Melazo et cum Amelia sub pena dupli. Et Oddo Damianus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub porticu heredum Ionathe Cavarunci, ea die. Testes Iohannes Boletus, Suzus Bonus.

1433. *Vasello Damiano pagherà una somma all'ottava di Pentecoste a Giovanni Boleto e similmente Oddone Damiano.* 19 dicembre 1191.

Johannis Boleti].

Et Iohanni Boleto lib. .xxxviii. minus sol. .v. ad octavam pentecostes proxime. Et Oddo Damianus similiter. Ea die et loco. Oddonus de Melazo.

1434. *Oberto Falzone pagherà una somma a Rufino Belardungo al prossimo Carnevale o alla fiera di Bar, con la fideiussione di Ottolino da S. Martino e Belardo Cuialda.* 19 dicembre 1191.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 150.

(2) Cancellato: Rolandus.

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 151.

Rufini Belardungi] (1).

Confitetur Obertus Falzonus se daturum Rufino Belardungo lib. den. jan. .cxxviii. ad carnislevamen proximum. Et si tunc non pagaverit, in proxima feria de Bar, pro quibuslibet .xv. et quarta, den. .xii. previdixes. Et si forent peiorati de lege et vel de peso, pro sol. .xlvi., marcam argenti boni, et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat. Et Ottolinus de Sancto Martino et Bellardus Cuialda debitores et pagatores et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenuntiantes juri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die, sub volta Fornariorum. Testes Sorlion Deladatus, Enricus Iosbertus, Wizardus Belardungus.

1435. *Giovanni da S. Marcellino pagherà una somma a Balduino Biondo o a Nicola suo fratello alla fiera di Lagny, con la fideiussione di Guglielmo Garino e Raimondo Anfosso. 19 dicembre 1191.*

Balduni Blondi].

Ea die et loco. Testes Wilielmus Rizisom, Rolandus Lucensis, Petrus Leonardus.

Confitetur Iohannes de Sancto Marcellino se daturum (2) Balduino Blondo vel Nicole fratri eius lib. .xxvii. (3) previdixes, in proxima feria de Laniaco, et peioramentum pro sol. .xlvi., marcam argenti, et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat. Et Wilielmus Garinus et Raimundus Anfussus debitores, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1436. *Andrea da Nisano e Trencavel pagheranno una somma al prossimo carnevale a Guglielmo Ponzio. 19 dicembre 1191.*

[*fo. 75 r.*] *Wilielmi Pontij].*

Confitentur Andreas de Nixano et Trencavel se datus Wilielmo Pontio (4) lib. .xviii $\frac{1}{2}$. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenuntiantes juri solidi et omni iuri. In statione herendum Nicole Enbriaci. Testes Germanus, Iacomus filius Bernardi calegarii (5).

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 149.

(2) Cancellato: Nicole.

(3) Cancellato: .xxxii.; in soprolinea: .xxvii.

(4) Per postilla: Wilielmo Pontio.

(5) Cancellato: Widolotus Lucensis.

1437. *Gioffredo, specarius, pagherà a Belardo Cujalda una somma alla fiera di Lagny.* 20 dicembre 1191.

Belardi Cujalde] (1).

Confitetur magister Ioffredus (2) specarius de Sans se daturum Belardo Cujalde lib. .cxxviii. bonorum previdixum in proxima feria de Laniaco. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittit pro sol. .xlvi., marcam argenti, et expensas et dampnum et mutuum restituere, et sua bona pignori obligat. Testes Ubertus Vacca, Alamannus Mesclavinum, Rolandus Belardungus. Sub volta Fornariorum, die .xx. decembris.

1438. *Grillo pagherà una somma a Rufino Baiguero al prossimo carnevale.* 20 dicembre 1191.

Rufini Baiguerij].

Confitetur Grillus se daturum Rufino Baiguero lib. .xv. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Testes Obertus Botarius, Enricus Collum Gravis (3). Ea die et loco.

1439. *Rolando di Canneto pagherà una somma ad Alamanno Mesechiavino al prossimo carnevale.* 20 dicembre 1191.

(4) Confitetur Rolandus de Canneto se daturum Alamanno Meschavino lib. .xxviii., minus sol. .ii., ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Testes Arduinus de Canneto, Vasallus Bergognonus, Manfredus Guertius. In botea Oberti Porci, ea die.

1440. *Raimondo di Misel e Arnolfo di Gabo pagheranno una somma a Uberto da Costa alla prossima fiera di Lagny.* 20 dicembre 1191.

Oberti Coste].

Confitentur Raimundus de Misel et Arnulfus de Gabo se datus Oberto de Costa lib .lxxx. previdixes in proxima feria de Laniaco. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittunt pro sol. .xlvi., marcam argenti boni ut ascendet de toto debito. Et expensas et dampnum et mutuum a termino inde, in verbo creditoris et sine sacramento, ei restituere et similiter pagare promittunt. Et inde bona sua habita et habenda ei pignori obligant, in

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 153.

(2) Cancellato: de San.

(3) Grois (?).

(4) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 154.

solidum, abrenuntiantes juri solidi et iuri omni. Et Patrinus contetur se debere ducere torsellos .v. de cordoanis predictorum debitorum, et quos, voluntate eorum, reddere promittit Uberto vel eius misso in feria, sine justo impedimento. Et inde sua bona pignori obligat ei. Et si pignus impediretur Uberto vel eius misso pro aliquo debito Raimundi et Arnulfi vel alterius eorum, Wilielmus Rizisom promittit Uberto restituere totum dampnum quod habebit. et facere predictum pagamentum, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, et sua bona pignori obligat, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In curia Gontardi, ea die. Testes Iacomus Malabranca, Petrus Roder.

- 1441.** *Raimondo di Misel e Arnolfo di Gabo pagheranno una somma a Guglielmo da Mazo ad redditum dalla fiera di Lagny con la fideiussione di Guglielmo Rizisom.* 20 dicembre 1191.

[Wilielmi de Mazo].

Confitentur Raimundus de Misel et Arnulfus de Gabo se daturum Wilielmo de Mazo lib. .xxi. jan. ad redditum proximum a feria de Lanico in Ianuam, et expensas et dampnum et mutuum a termino inde, et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenuntiantes juri solidi et omni iuri. Testes (1) Raimundus Hugo, Bertramus Sporus, Bertramus de Mazo. Et Wilielmus Rizisom debitor et pagator, et sua bona pignori obligat, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, ea die.

- 1442.** *Raimondo di Misel e Arnolfo da Gabo pagheranno una somma a Guglielmo Melano al prossimo Carnevale con la fideiussione di Guglielmo Rizisom.* 21 dicembre 1191.

[Wilielmi Melani].

Testes Bertramus Iohannes, Peirus Faverus, Iohannes Musterus, Ioffredus claviger. Sub volta Fornariorum, die .xxi. decembris. Confitentur Raimundus de Misel et Arnulfus de Gabo se datus Wilielmo Melano lib. .lx. den. jan. ad carnislevenetum veturum proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et omni iuri. Et Wilielmus Rizisom debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

- 1443.** *Falco, scutarius, pagherà a Guglielmo Barbavaira una som-*

(1) Cancellato: Wilielmus Rizisom.

*ma all'ottava di Pasqua con la fideiussione di Opizo, borraor.
21 dicembre 1191.*

Wilielmi Barbavaire].

Confitetur Falcus scutarius se daturum Wilielmo Barbavaire lib. .xv $\frac{1}{2}$. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Et Opizo borraor debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuntians juri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In domo Iordani Ricerij, ea die. Testes Rainaldus, Tebaldus borraor.

1444. *Guglielmo Monaco e Sorlion Deladato pagheranno una somma a metà quaresima a Guglielmo Guercio Ostaliboi, con la fideiussione di Oberto da Valfenera e Guasco Duronaso. 22 dicembre 1191.*

Wilielmi Guertij Ostaliboj] (1).

Sub porticu Ingonis Longi, die .xxii. decembris. Testes Lafrancus Sporta, Iacomus filius Bernardi calegarii. Crollus de Mediolano (2).

Confitentur Wilielmus Monacus et Sorlion Deladatus se daturos Wilielmo Guertio Ostaliboi lib. .xxx. et sol. .v., pro alumine, ad mediam .xl. proximam. Et Obertus de Valfenera et Guascus Durus Nasus debitores et pagatores, sub pena dupli in solidum, abrenuntiantes juri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1445. *Imberto da Vercellato pagherà una somma a Guglielmo Riccardo da Alba alla fiera di Lagny. 22 dicembre 1191.*

Wilielmi Ricardi] (3).

Confitetur Imbertus de Verzellato se daturum Wilielmo Ricardo de Alba (4) lib. .xl. previdixum in proxima feria de Laniaco, et pro sol. .XLVII., marcam argenti de (5) peioramento, et expensas et dampnum et mutuum restituere et pagare, et sua bona pignori obligat. Ea die et loco. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Germanus.

1446. *Nicola di Enrico da Londra, riceve una somma da Rizardo Lovello per una carta di sicurtà circa la vendita di una cassa in Londra. 22 dicembre 1191.*

(1) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 155.

(2) Per postilla: Crollus de Mediolano.

(3) Pubblicato in FERRETTO A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, *doc. XII.*

(4) Cancellato: se dat.

(5) Il notaio ha scritto de e cambiata in pro.

Rizardi Lovelli] (1).

Testes Robertus de Lundrex, Wilielmus Anglicus, Germanus batifolium, Otto Baxadonna, Iacomus filius Bernardi calegarii, Iordanus de Lundrex.

Confitetur Nicola filius Enrici de Lundrex se cepisse lib. .x. den. jan. a Rizardo Lovello, tali pacto: quod Enricus suus pater debet facere cartam securitatis de venditione de domo sua quam habet in Lundrex, Oddoni Lovelli, ad usum terre de Lundrex. Et si hoc factum fuerit, predictus Nicola et pater sint quieti de lib. .x. Set si securitas predicta facta non fuerit, idem Nicola promittit Rizardo reddere lib. .x. den. jan. usque ad pentecosten proximam, sub pena dupli in suis bonis. In domo Ingonis Longi, ea die.

1447. *Roberto da Londra pagherà una somma a Robino, batifolium da Londra, per la dote della moglie sua nipote. 22 dicembre 1191.*

[*fo. 75 v.*] (2) *Robini de Lundrex*.

Promittit Robertus de Lundrex se daturum Robino batifolio de Lundrex lib. .xv., pro dote Margarite sue neptis et uxorius eius, usque ad annos .iii. proximos, sub pena dupli in suis bonis. Confitetur etiam se jurasse ita attendere nisi quantum remanserit licentia eius. In domo Wilielmi Buroni, die .xxii. decembris. Testes Otto Baxiadonna, Iacomus filius Bernardi calegarij, Iohannes Deseregus, Gerardus de Malpilo de Valdetari.

1448. *Robino, batifolium, da Londra, dà quitanza della dote della moglie e le costituisce l'antifatto. 22 dicembre 1191.*

Patrimonium Margarite.

Confitetur Robinus batifolium de Lundrex se habuisse de dote sue uxorius Margarite lib. .xl. den. jan., et quietum se clamat. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis quod bene valeat lib. .xxxv. in suis bonis, ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum, pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro his omnibus, omnia bona sua ei pignori obligat. Ea die et loco et testibus.

1449. *Oberto Falzone pagherà una somma a Gandolfo Raalvengo*

(1) Pubblicato in REYNOLDS R. L., *Some English Settlers in Genoa in the Late Twelfth Century*, Economic History Review, vol. IV (1932-34), p. 323.

(2) Pubblicato in REYNOLDS R. L., *loc. cit.*, p. 323. *Nel margine superiore: [In dicembre]*.

alla Purificazione di Maria, con la fideiussione di Uberto Vacca e Belardo Grugno. 22 dicembre 1191.

Gandulfi Raalvengo, p.] (1).

Confitetur Obertus Falzonus se daturum Gandulfo Raalvengo lib. .xl. den. jan. ad purificationem sancte Marie proximam, et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat. Et Ubertus Vacca et Belardus Grugnus debitores et pagatores, et sua bona pignori obligant, in solidum, abrenuntiantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Otto de Langasco, Wilieimus de Canneto, Iacomus filius Bernardi calegarii. In curia Gontardi, ea die.

1450. *Anna moglie di Guidone da Rezo prende a mutuo una somma da Alberto Enguilingo e Cortese da Bernate. 22 dicembre 1191.*

Alberti et Cortesi].

* Confitetur Anna uxor Widonis de Rezo se cepisse mutuo pro amore ab Alberto Enguilingo et a Corteso de Bernate lib. .v. et den. .xii. den. jan., quas promittit reddere usque ad octavam pasce proxime, sub pena dupli in suis bonis, abrenuntians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et facit hec consilio sui patrui Fredentionis Gontardi et sui consanguinei Enrici Gontardi. Sub porticu Fredentionis Gontardi, ea die. Testes Oddonus de Melazo et consiliatores.

1451. *Testamento di Rubaldo, medico. 22 dicembre 1191.*

Testamentum] (2).

* Iohannes tinctor, Alegrus de Monjardino, Iacomus filius Bernardi calegarij interfuerunt cum Rubaldus precepit ut cassatur (3). Rubaldus medicus, sua ultima voluntate, instituit suos fratres Ionatham et Martinum heredes suorum bonorum. Pelles suas virides de cuniculis legat Montanarie. Confitetur quod Wilieimus filius Bellexore de Viller debet sibi sol. .xxx. Item, Guarnerius judex habet in pignore ensem .i. et libros .xxx. pro libriss (4). Rubeus archerius libros .iii., pro sol. .xx. Wilieimus Cassinensis gonellam .i. et mantellum .i. saje, pro sol. .xx. Vivianus de Verduno par. .i. pelium scarlate brunete et elmum .i. (5) et mortarium .i., pro lib. .vi.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 156.

(2) Il documento è tutto cancellato dal notaio.

(3) In margine: Iohannes Tinctor, Alegrus... precepit ut cassatur.

(4) Spazio bianco nel ms.

(5) In soprallinea: .i.

Et super quibus pignoribus sua uxor debet recipere sol. .xl. Monacus super quibus pignoribus sua uxor debet recipere sol. .xl. Monacus de Sancto Sylo habet mantellum .i. varium, pro lib. .iii. Bonajo de Palodo sol. .xviii. Presbyter Wido almasor pro sol. .l. Guilia cutellum .i., pro sol. .xii. Et confitetur quod debet dare Oberto bancherio sol. .xxx., filiis OttonisBoni de Lomello sol. .l., Martino de Ripa sol. (1) Alde sol. .xx. Et habet anulum .i., pretii sol. .xii. Actum ad Predi, in domo in qua morantur predicti heredes, ea die. Testes Iacomus filius Bernardi calegarij, Obertus Barrachinus, magister Wilielmus, Obertus Galupinus, Obertus de Pigmento, Wilielmus Paltro, Ricardus de Predi.

1452. *Ansaldo Buferio dà quitanza a Guglielmo Rataldo per il patrimonio e l'antifatto di Buferia moglie di Ansaldo, figlio di Guglielmo. 23 dicembre 1191.*

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Ansaldus Buferius se recepisse a Wilielmo Rataldo lib. .c. pro patrimonio Buferie uxoris quondam Ansaldi filij eiusdem Wilielmi (2) Rataldi, et lib. .c. pro antifacto eiusdem, et quietum se clamat et pagatum. Et voluntate eiusdem Buferie presentis et pro ea et nomine eius (3) ex quibus omnibus libris vel occasione earum vel occasione alicus dricti quod habeat (4) ipsa in bonis martii sui vel alicus pro eo (5) quondam, ipsa vel suus (6) heres vel alia (7) aliqua demum persona decetero requisitio (8) facta fuerit vel actio mota fuerit contra Wilielmum Rataldum vel eius heredem vel contra demum aliquam personam, occasione predicta (9), et pervenerit ad aliquod dampnum, ipse vel eius heres (10), Ansaldus idem per se suumque heredem totum dampnum promittit restituere, et proprium et principalem restauratorem se constituit, sub pena dupli stipulata in suis bonis, que omnia ei pignori obligat, abrenuntians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio. In curia Simonis Buferij, die .xxiii. decembris. Testes Ansaldus (11) Rataldus, Otto judex, Rainaldus de Castello.

(1) Spazio bianco nel ms.

(2) Cancellato: Buf.

(3) In soprallinea: presentis et pro ea et nomine eius.

(4) Cancellato: in bonis.

(5) In soprallinea: vel alicus pro eo.

(6) Heredem è cambiato in heres.

(7) In soprallinea: alia (?).

(8) Cancellato: faciet.

(9) Cancellato: Ansaldus idem.

(10) Cancellato: vel.

(11) Cancellato: Buferius.

1453. *Guglielmo Rataldo pagherà una somma a S. Giovanni ad Ansaldo Buferio.* 23 dicembre 1191.

Ansaldi Buferij].

Promittit Wilielmus Rataldus Ansaldo Buferio se daturum ei lib. .c. usque ad sanctum Iohannem junij proximi, pro rationibus Buferie sue nurus, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

1454. *Imberto di Vercellato pagherà una somma a metà quaresima a Giosberto e a Musso.* 23 dicembre 1191.

Iosberti et Mussi].

Confitetur Imbertus de Verzellato se daturum lib. .xxi. Iosberto et Musso ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ogerius de Cartagenia, Pascalis Leonus.

1455. *Oberto da Serra figlio, del fu Cavallo, restituirà una somma a Ottone di Langasco al 1º di agosto.* 24 dicembre 1191.

Ottonis de Langasco].

Confitetur Obertus de Serra filius Cavalli quondam, se redditum Ottoni de Langasco lib. .iii. et sol. .xiii $\frac{1}{2}$., quas prestavit pro amore, ad (1) kalendas augusti proximi, sub pena dupli. In curia Gontardi, die .xxviii. decembris. Testes Belengerius de Narbona, Freudentio Gontardus.

1456. *Bonafada, del fu Capello di Bavari, e Alessandra, coniugi vendono a Oddone da Milazzo terreni in Bavari.* 24 dicembre 1191.

Oddonis de Melazo].

Bonafada filius quondam Capelli de Bavali et Alexandria jugales vendunt Oddoni de Melazo duas partes tocius posse quod fuit Capelli et tocius quod fuit visus habere et possidere vel ipsi possiderunt in Bavali et in pertinentiis Bavali, in ruscaro, in pratis, in zerbis, et in ripa et in roca et in omni loco (2) ubi poterit invenire de duabus partibus (3) tocius posse predicti Capelli, cum omni suo jure et comodo et utilitate et ingressibus et exitibus suis, nichil in se retento de duabus partibus, preter runcallum, pretio sol. .L. den. jan., et quietos se clamant et pagatos, et quod plus [fo. 76 r.] valet

(1) *Cancellato:* sanctum Iohannem.

(2) *Cancellato:* qu.

(3) *Cancellato:* pred.

titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt. Et possessio-
nem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum a modo
proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque
heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt, sub
pena dupli in solidum, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fue-
rit hec vendita. Pro pena vero et sorte et pro dupla evictione omnia
bona sua ei stipulanti pignori obligant, abrenunciantes iuri solidi
et iuri omni, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum.
et decreto consultus Velleiani, et omni iuri. Et facit hec consilio
suorum amicorum Philippi Cavarunci et Rubaldi Vaccarini. Sub
porticu heredum (1) Ionathe Cavarunci, die .xxviii. decembris. Te-
stes Amicus de Cuxina et consiliatores.

1457. *Raimondo di Misel e Guglielmo Rizisom pagheranno una somma a Pietro Leonardo a pentecoste. 24 dicembre 1191.*

Petri Leonardi].

Confitentur Raimundus de Misel et Wilielmus Rizisom se datus
Petro Leonardo lib. den. jan. .cxx. ad pentecoste proximam, sub
pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.
Testes Obertus Blancus, Arduinus de Canneto. Sub volta Fornario-
rum, ea die.

Completum fuit hoc cartulare .MCLXXXI., indictione .VIII., Ma-
negoldo Brixensi existente consule et potestate Ianue, et consulibus
de civitate Ogerio de Pallo, BelloBruno de Castello, Wilielmo Nano
Tornello, et Wilielmo Zirbino, et de Burgo Rolando de Carmadino,
Fulcone Spezapetra, Angeloto Vesconto, et Ottone Guaraco, et de
foretanis Wilielmo Crispino et Oliverio Guaraco.

[fo. 76 v.] (2).

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IEHSU CHRISTI, AMEN.

INCIPIT CARTULARE ANNO DOMINI NOSTRI MCLXXXII,
INDICTIONE VIII.

1458. *Aidela del fu Clerico, macellarius, dà a servizio per sette anni a Giovanni, cutellerius, sua figlia Gisleta. 30 dicembre 1191.*

(1) Cancellato: W.

(2) Nel margine superiore: [in dicembre].

Iohannis cutellerij, .vi.].

* Aidela quondam uxor Clerici macellarij dat Gisletam suam filiam Iohanni cutellerio ut stet cum eo et ut serviat ei de omnibus serviciis que sciat facere et poterit bona fide, usque ad annos .vii. Et si non steterit, penam sol. .c. ei stipulanti promittit. Et si dampnum fecerit, totum restituere promittit, sub pena dupli in suis bonis, et quod iurabit salvare et custodire res eius, et quod pactum attendet quantum Iohanni videbitur. Et Iohannes promittit ei quod tenebet eam secum et quod dabit victum et vestitum et quod docebit eam bona fide de officio uxorius et quod faciet eam docere, sub pena sol. .c. stipulata in suis bonis. Et Aidela abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Testes Wilielmus de Verazano, Peirus mercerius, Raimundus mercerius de Sancto Thoma. In botea filiorum Mollis, .MCLXXXII. (1), indictione .viii., die .ii. exeuntis decembris.

1459. *Testamento di Alberto da Fontana.* 31 dicembre 1191.

Testamentum].

Albertus de Fontana sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib. .xxx. ita distributas: decenum operi Sancti Laurentii. Ecclesie Sancti Iohannis de Pavarano sol. .c., ubi eligit suam sepulturam. Sancto Thome sol. .xl., Sancto Andree de Porta sol. .xx., Sancto Georgio sol. .xl., Sancto Michaeli sol. .xx., hospitali Sancti Iohannis sol. .x., hospitali Sancti Stephani sol. .x., infirmis de Capite Fari sol. .v., aliis hospitalibus a Capite Fari ad Bisannim sol. .u. Residuum sit pro sepultura et exequis funeris et pro missis annualibus et pro trentenis, in distributione sui generi Iacomi et sue filie Richelde et Ottonis Boni et Iohannis Bade. Ansaldino suo filio naturali legat lib. .xxv. Aidele matri eiusdem Ansaldini legat lib. .xii. et omnia sua vestimenta quibus ipsa utitur. Qui Ansaldinus si obierit sine herede legittimi coniugii, vult ut sua filia Richelda et sui heredes succedant ei, salva falcidia matris, et qui et res sint in custodia et tutela Iacomi et sue filie Richelde. Reliquorum suorum bonorum heredem instituit Richeldam suam filiam. Hec est sua ultima voluntas. Et si quod ius et cetera. In domo Sancti Iohannis de Pavarano, die ultima decembris. Testes Angelerius Nastortius, Wilielmus Pontius, Wilielmus guardaor, Petrus Barrilaris, presbyter Curtadus, Vasallus filius Iacomi ferrarij.

(1) Le date dei docc. 1458-1462 del 31 dicembre sono qui indicate secondo l'anno dello stile cronologico moderno, 1191.

1460. *Bernardo e Pietro Ortolano si danno quitanza della divisione intervenuta fra di loro. 31 dicembre 1191.*

Bernardi et Petri Ortulani, .vi.].

Confitentur Bernardus et Petrus Ortulani se fecisse divisionem inter se communi voluntate de omnibus societatibus et de omnibus tenutis quas tenebant insimul, et quietos et pagatos se clamant ad invicem, salvo dicto dominorum de tenutis quas tenent, preter moledinum et aquam molendini et puteum, que omnia remanent in communi ad utendum communiter sicut consueverunt, et (1) ita faciunt hoc pactum, ut si aliquis dominorum auferret tenutam suam alteri eorum (2), quod promittunt reficere collationem, et reverti insimul communiter alias tenutas quas tenerent, et ita quod Bernardus debet dare Petro in unoquoque anno ad natale Domini sol. .xx., quia habuit electionem partis, et hoc usque dum tenuerint predictas tenutas sicut tenent. Et de omni dicto et de omni ratione et de omni actione quam habebant ad invicem remissionem faciunt ad invicem, et alter alteri remittit. Et quod alter alteri non auferet vasallum nec recipiet pro stare secum nisi voluntate alterius (3). Et ut supra promittunt attendere ad invicem sub pena lib. .x. stipulata in suis bonis, rato manente pacto. In domo Ansaldoni de Porta et nepotum, ea die. Testes Albertus de Mercato, Daniel de Bisanni, Iordanus Mollazana.

1461. *Giovanni Jocelmo e Guglielmo Zetapane contraggono una societas per traffici in Marsiglia e in Montpellier. 31 dicembre 1191.*

Wilielmi Zetapanis].

Confitetur Iohannes Iocelmus se portare in societate a Wilielmo Zetapane lib. .xvii. et de suis lib. .vii. Marsiliam et usque ad Montpesulanum, causa negotiandi, bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et idem Wilielmus confitetur habere ab eodem Iohanne Iocelmo centenaria .x. picis et faxes .iii. pectinum, causa vendendi, bona fide, sicut sibi videbitur. Sub volta Fornariorum, die ultima decembris. Testes Anselmus de Caffara, Ansaldus Fornarius (4).

(1) *Cancellato:* pre.

(2) *In sopravlinea:* alteri eorum.

(3) *Per postilla:* Et quod alter alteri non auferet... alterius.

(4) *In Ianuario nel margine, sotto al documento.*

1462. *Rogerio da Alba e Ogerio da Neive da Alba riconoscono un loro debito e promettono di soddisfarlo a Giovanni da Liége all'ottava di pasqua. 2 gennaio 1192.*

Iohannis de Leges] (1).

Confitetur Rogerius de Alba pro se et pro suo socio Ogerio de Neve de Alba se cepisse tantum a Iohanne de Leges, unde ei dare promittit lib. .lxvi. ad octavam pasce proxime, et inde ei pignori obligat petias .vi. de Zalon et petias .iii. de Razo et vermillionem .i. de Pruins et blavum .i. de Sancto Quintino et pennas .x. de cuniculis (2). Et Iohannes confitetur habere ad suam fortunam, tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra, sua auctoritate vendat pignus et faciat proprio iure quicquid voluerit. Et si in pignore defecerit nomine vendite, idem Rogerius totum quod desiceret ei complere promittit, sub pena dupli, et pro se et pro socio, in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, die .ii. januarii, Testes Rubeus censarius, Obertus de Calce.

1463. *Bertolotto da Rovereto, figlio di Viviano di Casagrande, contrae una accomendatio con Coenna Lucchese, per traffici sino a Roma. 3 gennaio 1192.*

[fo. 78 r.] Coenne Lucensis].

Testes Bernardus Rubeus, Petrus linarolius. Sub volta Fornariorum, die .iii. januarii. Confitetur Bertolotus de Rovereto filius Viviani de Casa Grandi se portare in accomendatione a Coenna Lucensi lib. .xxxvi. et sol. .iii. et den. .iii. in Maritimam et usque Romam et quo ierit in galeoto BonIohannis vel in galeoto Marini Rappallini, causa negotiandi, bona fide, ad quartam proficui. Inde lanuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.

1464. *Pietro Garello di Montpellier e Bernardo Albaric contraggono una societas. 4 gennaio 1192.*

Petri Garreli].

Confitentur Petrus Garrelus de Montepesulano et Bernardus Albaric facere societatem ad invicem in qua Petrus idem habet de suis lib. den. jan. .cxx., ex quibus libris debent negotiari communiter

(1) Pubblicato in FERRETTO A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, doc. XIII.

(2) Cancellato: tal, ad for.

et operari eas, causa negotiandi, bona fide. Ita quod Bernardus debet habere tertiam partem lucri quod Deus dederit et usque pasca (1) et Petrus duas partes, salvo capitali. Et ita conveniunt ad invicem. Sub volta Fornariorum, die .iii. januarii. Testes Petrus de Captali, Pontius Bertramus, Bertramus de Villanova.

- 1465.** *Balduino di Gotofredo Campo, Pietro Leonardo e Gualtiero Gotofredo Campo riconoscono un loro debito e promettono di soddisfarlo al prossimo carnevale.* 4 gennaio 1192.

Lanfranci Ricerij].

Testes Ogerius de Cartagenia, Bonus Vasallus de Cartagenia, Wilhelmus Rizisom. Ea die et loco. Confitentur Balduinus de Gotefredo Campo et Petrus Leonardus et Gualterius Gotefredus Campus se cepsisse tantum de rebus Ricerij de Nicia et de rebus Raimundi Guercij, unde Lanfranco Ricerio vel eius missso voluntate Raimundi Guercij presentis dare promittunt lib. den. jan. .c. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.

- 1466.** *Rubaldo Castellano dà quitanza della dote della moglie Ermegina, figlia di Oliviero Re, e le costituisce l'antifatto.* 5 gennaio 1192.

Patrimonium Ermegine].

In domo Ingonis Longi, die .v. januarii. Testes Ido Ancigus, Lafracus de Panigaja, Daniel de Albario. Confitetur Rubaldus Castellanus se habuisse de dote sue uxoris Ermegine filie Oliverii Regis a suo socero lib. .xiii., et quietum se clamat et pagatum. Et donacionem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .vii. ad habendum et tenendum et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro his omnibus, omnia bona sua habita et habenda Oliverio recipienti pro filia pignori obligat. Testes Simon de Podio, Iacomus filius Bernardi calegarii.

- 1467.** *Sentenza di Opizone, abate di S. Fruttuoso, nella causa vertente tra Bartolomeo, figlio del fu Bonifacio Tarigo, et Elena, figlia del fu Guglielmo di Aquabella.* 5 gennaio 1192.

Sententia Helene].

Ego Opizo abbas ecclesie Sancti Fructuosi de Capite Montis, iu-

(1) *In soprallinea:* et usque pasca

dex delegatus a domino papa Celestino super causa matrimonij que vertebaratur inter Bartholomeum filium quondam Bonefatij Tarigi et Elenam filiam quondam Wilielmi de AquaBella, vocavi (1) utramque partem auctoritate domini pape ante me, dicens eis ut si altera pars vellet alteri parti aliquid obicere super hac causa, obicerent. Ad quod pars viri respondit: si volumus possumus dicere quod littere a domino papa vobis de hac causa transmisse per mandatium fuerunt impetratae, quare his litteris non debemus stare. Et ego dixi eis: si vultis improbare litteras instate, sin autem de causa procedite, et sic ab utraque parte processum est de causa. Postea vero pars viri rediens dixit se velle improbare litteras, opponens (2) ita: causa ista ante dominum archiepiscopum ianuensem Bonifacium ventilata fuerat, et ab ipso ad dominum papam appellatum fuit. Appellatio vero non fuit prosecuta, immo fuit omissa, et littere iste postea ex transverso fuerunt impetratae. Quare (3) dixit pars viri quod pars mulieris debebat silere, et ego iudex de causa non debebam procedere. Ad hoc pars mulieris dixit quod littere prefatae per mandatum non fuerunt impetratae, nec appellatio facta ante dominum archiepiscopum fuit omissa, immo (4) pro posse prosecuta, nam quondam nuncium secundum voluntatem domini archiepiscopi fecimus iurare ut prefatam appellationem prosequeretur, quod (5) litteras domini pape non retulit, set Sophia vero mater Elene Romam suo voto pergens litteras predictas a domino papapa (6) impetravit, quarum tenor inferius scribetur. Quare dicimus quod littere iste per mandatum non fuerunt impetratae. Preterea dicimus quia non potest opponi de mandatio quia in principio cause non oppositum fuit. Unde interlocutorie (7) dixi ut utraque pars de causa procederet. Ad quod pars viri appellavit. Pars autem mulieris institit, dicens ut suos testes reciperem quia in litteris continetur (8) ut cognoscerem de causa et procederem (9) appellatione remota. Et ita duo peremptoria dando parti viri, testes mulieris recepi. Et recipere noluit. Et testibus receptis et publica manu scriptis, ante quam

(1) *Cancellato*: eel.

(2) *Cancellato*: h.

(3) *Cancellato*: dici.

(4) *Cancellato*: prosecuta.

(5) *Cancellato*: ad Dominum Papam perge.

(6) *Sic!*

(7) *Cancellato*: de par.

(8) Continebant (?) cambiato in continebatur.

(9) *Cancellato*: de.

publicarentur partem viri iterum vocavi, que (1) interesse sprevit. Tandem publicatis testibus (2) et eorum dictis diligenter inquisitis, habito consilio prudentium (3) et sacramento Elene recepto cuius (4) tenor talis fuit: quod in desponsatione quam fecit ei Barthomeus, tunc non consensit nec postea. Et auctoritate domini pape fretus. absolvo Elenam dictam a dicto Bartholomeo [fo. 78 v.] (5), dans ei licentiam ut nubat cui vult in Domino. Curante pro Elena Ansaldo Scarsella. Tenor litterarum domini pape est iste: Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati Sancti Fructuosi de Capite Montis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad nostram neveris audientiam pervenisse quod Roasa Ianuensis civis neptem suam Helenam invitam et renitentem et contra voluntatem matris sue Sophie coegit, ut sustinetur se a quodam Bartholomeo Ianuense subarrari, nec in ipsum preterea ullo tempore Helena dicta consensit, nec ab ipso cognita fuit. Nunc autem, et quia in eundem Bartholomeum non consensit et quia tam fatuus est ut si eum acciperet, mortem sibi timeret infligi, alium virum sibi desiderat copulare. Quoniam igitur nobis de rei veritate non constituit, experientie tue causam ipsam duximus committendam per apostolica scripta mandantes, quatinus inquisita de prepositis diligentius veritate, si probatum non fuerit prefatam Helenam in dictum Bartholomeum spontanee consensisse, aut si probatum fuerit eam ad hoc per violentiam fuisse attractam, non compellas eam dictum Bartholomeum habere vel accipere in virum, set ei, appellatione remota, nostra fretus auctoritate, licentiam tribuas alium virum accipere, nisi forte post factam ipsi Helene violentiam in sepeditum Bartholomuem consensisse legittime probaretur. Nullis litteris veritati et iusticie pre-iudicium facientibus a sede apostolica impetratis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, .xv. kalendis decembris, pontificatus nostri anno primo. In claustro Sancti Mathei Ianue, die .v. januarij. Testes interfuerunt presbyter Wilielmus et Petrus monaci Sancti Fructuosi, Wilielmus Collumgruis, Wilielmus Ficus Matarie, Wilielmus Cairosum, Iohannes (6) Vitellus, Wilielmus Scarsella, Ogerius de Balneo, Alamannus Scarsella.

1468. *Ogerio Guercio riconosce un suo debito e promette che pagherà a Giacomo Balbo l'anno prossimo. 7 gennaio 1192.*

(1) *Cancellato*: venire.

(2) *Cancellato*: et habita.

(3) *Cancellato*: et auctoritate Domini Pape fretus, absolvō.

(4) *Cancellato*: tale fuit.

(5) *Nel margine superiore*: In jan[uar]io.

(6) *Cancellato*: Scarsella, Ioh.

Iacomi Balbi].

Confitetur Ogerius Guertius se cepisse tantum a Iacomo Balbo de facto cursi (1), unde ei dare promittit lib. den. jan. .III. ad annum proximum, sub pena dupli. Testes Scarzaficus, Wilielmus filius (2) Balduini de Volta, Hugo Polixinus. Sub porticu Rubaldi Detesalvi, die .VII. januarii.

1469. *Bono di Bonevelo dà quitanza della dote della moglie Gisla, e le costituisce l'antifatto.* 7 gennaio 1192.

Patrimonium Gisle].

Confitetur Bonus de Bonevelo se recepisse de dote sue uxoris Gisle lib. .x. den. jan., et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .v. ad faciendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum, pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro his omnibus omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. In curia Gontardorum, ea die. Testes Wilielmus guardaor, Belengerius de Narbona, Germanus batifolium.

1470. *Oliviero Gario pagherà una somma a Balduino Gotofredo Campo all'ottava del carnevale.* 8 gennaio 1192.

Balduini].

Confitetur Oliverius Garijus (3) de Sagona se daturum Balduino Gotofredo Campo lib. .XLVI. ad octavam carnislevaminis proximi, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Rizisom. Sub volta Fornariorum, die .VIII. januarij.

1471. *Oberto Musso pagherà una somma a Fancello, draperius, a metà quaresima, con la fideiussione di Oberto Grasso.* 8 gennaio 1192.

Fancelli].

Confitetur Obertus Mussus se daturum Fancello draperio lib. .VII $\frac{1}{2}$. ad medianam .XL. proximam, sub pena dupli. Et Obertus Grassus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ogerius de Cartagenia, Rubeus de Pelio, Sub volta Fornariorum, ea die.

(1) *In soprallinea*: de facto cursi.

(2) *Cancellato*: quondam.

(3) *In soprallinea*: Garijus.

1472. *Ogerio Comes si obbliga di andare come nocchiero e magister nella nave di Guglielmo de Pallo.* 9 gennaio 1192.

Wilielmi de Pallo, et Ogerii comitis].

Promittit Ogerius Comes Wilielmo de Pallo ire in nave eius et sociorum quo (1) navis ducta fuerit usque ad sanctum Andream proximum, et si in viatico tunc essent, usque ad complementum viatici exinde, pro nauclerio et pro magistro et pro faciendo omnia servitia in nave que sciat et possit facere in nave, bona fide. Iurat etiam ita attendere, et salvare et custodire navem et res navis et dominorum navis et omnium qui in nave erunt, bona fide, et non defraudare ultra sol. .xx. Et ut supra promittit attendere sub pena lib. .xviii. stipulata in suis bonis. Et ipse Wilielmus promittit ei ducere in nave et dare ei pro hoc servicio lib. .xviii., medietatem usque ad mensem .i $\frac{1}{2}$. proximum et de alia medietate bis. .iii. missimutinos quo fecerint portum cum nave pro carrigare nave, sub pena dupli stipulata in suis bonis. Et si carricum fecerint de pellegrinis, faciunt hoc pactum salvo dicto Ogerio sicut consuetum est fieri nauclerio. Sub porticu Ingonis de Cartagenia, die .viii. januarij. Testes Iohannes de Donato scriba, Simeon de Fosadello, Oddonus de Melazo.

1473. *Simona, moglie di Bertramo Ricerio, pagherà una somma a Oberto Boleto a Pasqua.* 10 gennaio 1192.

Oberti Boleti].

Promittit Simona uxor Bertrami Ricerij se daturam Oberto Boleto lib. .xx. ad pasca proximam, sub pena dupli, pro deceno judicatus Bertrami et aliud decenum quod contigebat operi Sancti Laurentii est pagatum. Testes Ardicio de Sancto Thoma, Iohannes qui stetit cum Oberto Boleto. Iuxta Sanctum Matheum, die .x. januarii.

1474. *Lanfranco Roccia pagherà una somma a Rolando di Fontana al prossimo carnevale.* 10 gennaio 1192.

Rolandii de Fontana].

Confitetur Lafrancus Roccia se daturum Rolando de Fontana lib. .L $\frac{1}{2}$. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Testes Otto de Orto, Ansaldus Ricus, Marchesius draperius, Nicola draperius. In statione Ansaldi Lecavele, ea die.

1475. *Vivaldo Scarsaria prende a mutuo una somma da Guidone Elefante.* 10 gennaio 1192.

(1) Cancellato: ierit.

Widonis Elephant].

Confitetur Vivaldus Scarsaria se cepisse mutuo pro amore a Widone Elephant lib. .x., quas promittit reddere usque ad duos menses, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et suam domum et reliqua bona sua sub pena dupli ei pignori obligat, et possessionem ei confitetur se tradidisse nomine pignoris. Testes Raimundus Unalus, Iacomus de Bombello, Nicola de Castello. Sub volta Fornariorum, ea die.

1476. *Giovanni Canevecchio e Guglielmo, calderarius, contraggo-*
no una accomandatio con Alberto da Mercato. 10 gennaio 1192.

(1) Confitentur Iohannes Canis Vetulus et Wilielmus calderarius se habere in accomendatione ab Alberto de Mercato lib. .xx., causa negotiandi usque ad annum, bona fide, in botea, ad terciam profici. Et tunc dare promittunt et capitale et duas partes profici quod Deus dederit, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.

1477. *Rufino di Canneto pagherà una somma a Belardo Belardungo e a Guale di Rugiasco a metà quaresima. 10 gennaio 1192.*

[fo. 79 r.] Belardi et Guale, .m] (2).

Confitetur Rufinus de Canneto se daturum Belardo Belardungo et Guale de Rugiasco lib. .LXX. pro blancis .x. de Lisna ad medianam .XL. proximam, sub pena dupli. Et quos drapos Widotus tinctor et Pinellus tinctor confitentur habere a Rufino voluntate eorum retinendo in se possessionem, tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra, Widotus et Pinellus promittunt eis reddere eosdem drapos tintos et sine expensis eorum, videlicet creditorum, vel pagare predictas libras. Et promittunt quod predicti drapi non portabuntur supra mare nisi prius facta fuerit predicta solutio, nisi licentia eorum. Et ita proprios et principales debitores et pagatores se constituant et sua bona pignori obligant sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, die .x. januarii. Testes Manfredus Guercius, Panfilus tinctor, Petrus tinctor.

1478. *Oberto Sarago, figlio del fu Guglielmo Sarago, pagherà una*

(1) Cancellato, riga per riga, dal notaio.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 157.

*somma a Vivaldo, a S. Giovanni, per la dote di Engivina, del
fu Oberto Sarago. 10 gennaio 1192.*

Vivaldi osbergerij].

Promittit Obertus Saragus filius quondam Wilielmi Saragi se datum Vivaldo osbergerio lib. .xlv. ad sanctum Iohannem proximum pro dote Engivine filie quondam Oberti Saragi, sub pena dupli. Et si non pagaverit ut supra, Rogerius Helie promittit pagare predictas libras ad eundem terminum, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio. In ecclesia Sancti Laurentii, ea die. Testes Wilielmus Ferrandus, Lafrancus Papa, Helias de Palazolo, Donum Deus Saragus.

1479. *Oberto Stella, pagherà una somma a Oddone Damiano al l'ottava di pasqua. 11 gennaio 1192.*

[Oddonis Damiani] (1).

Confitetur Obertus Stella se daturum Oddoni Damiano lib. .lmm. den. jan. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Obertus Simia, Rufinus de Canneto, Widotus tinctor. Sub volta Fornariorum, die .xi. januarii.

1480. *Ruffino di Canneto pagherà una somma a Oddone Damiano a metà quaresima. 11 gennaio 1192.*

[Oddonis Damiani]] (2).

Confitetur Rufinus de Canneto se daturum Oddoni Damiano lib. .xvi. ad medianam .xl. proximam, sub pena dupli. Et Widotus tinctor confitetur habere de rebus Rufini tot que valent duplum de predictis, taliter ut si non fuerit pagatus, Widotus promittit dare ei res illas vel pagare, voluntate Rufini, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco et testibus. .MCLXXXII., indictione .viii. Ogerius de Cartagenia.

1481. *Gualtiero di Gotofredo Campo e Pietro Leonardo pagheranno somme a Raimondo Guercio al prossimo carnevale. 11 gennaio 1192.*

Raimundi Guercij].

Sub volta Fornariorum, die .xi. januarii. Testes Wilielmus Rizi.

(1) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 158.

som, Martinus de Albario. Confitetur Gualterius de Gotefredo Campo se daturum Raimundo Guertio lib. .xxxvi., et Petrus Leonardus lib. .xi. et sol. .xii., ad carnislevamen proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.

- 1482.** *Giovanni da Troyes* (?), riconosce di avere in società una somma con *Bongiovanni di Caffaro* per traffici commerciali. 12 gennaio 1192.

BoniJohannis de Caffara].

Confitetur Iohannes de Trex quondam filius Loui de Tretre se habere in societate a BoniJohanne de Caffara lib. .lxx., causa tenendi et operandi et negotiandi bona fide ut sibi videbitur melius usque ad annum. Et tractis lib. .iii. in antea pro suis expensis, (1) dare promittit et consignare capitale et duas partes proficui quod Deus dederit ei vel eius certo misso. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire et operari bona fide, et non defraudare ultra sol. .x., et ut supra promittit attendere sub pena dupli. Ita tamen quod per mensem debet accipere sol. .x. pro suis expensis Iohannes de parte sua lucri ultra sol. .lx. predictos. Sub porticu Ingonis Longi, die .xii. januarii. Testes Wido de Rezo, Wilielmus Burdonus, Petrus Ottonus.

- 1483.** *Fulco di Castagneto e Sibilia, coniugi, prendono a mutuo una somma.* 12 gennaio 1192.

BoniFantis Fornarii].

Confitentur Fulco de Castagneto et Sibilia iugales se cepisse mutuo sol. .xxx. a BoniFante Fornario (2) quos promittunt reddere ad annos .iii. proximos, et dare per annum mezarolas .ii. vini de Bavali de sua vinea, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec consilio suorum parentum Gerardi de Albario et Iohannis de Pavarano. In domo Ingonis Longi, ea die. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii.

- 1484.** *Buonvasallo da Cartagena riconosce il suo debito con Alda, moglie del fu Ottone Guercio, e promette di soddisfarlo ad un anno dalla purificazione di Maria.* 12 gennaio 1192.

(1) *Cancellato*: salvo capitali.

(2) *Per postilla*: a BoniFante Fornario.

Alde].

Confitetur Bonus Vasallus de Cartagenia se cepisse ab Alda quondam uxore Ottonis Guertii de rebus filiorum eius, unde ei dare promittit lib. den. jan. .xxxvi. a purificatione sancte Marie proxima ad annum proximum, sub pena dupli in suis bonis. Iuxta boteam Petri Venti, ea die. Testes Rolandus de Canneto, Grillus de Canneto, Obertus Porcus.

1485. *Guglielmo Scarpa dichiara di avere cose di Germano sequestrate in Sicilia da re Tancredi. 12 gennaio 1192.*

Germani] (1).

Confitetur Wilielmus Scarpa se habere de rebus Germani unciam .i. et quartam auri cum rebus suis et aliorum xaxitis in Sicilia a rege Trancherio Sicilie, que sicut habebit et recuperabit bona fide reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi. Ea die, in Calignano in loco Rubei bancherij. Testes Bonijolus de Monelia, Belengerius de Narbona.

1486. *Girardo e Giovanni, figli del fu Vasallo Tortella da Recco, danno quitanza a Giraldo da Recco di ogni cosa ricevuta dai consoli di Recco. 13 gennaio 1192.*

Giraldi].

Confitentur Girardus et Iohannes filij quondam Vasalli Tortelle de Reco se fecisse rationem cum Giraldo de Reco de omnibus rebus quas ipse habuit a consulibus de Reco de rebus patris vel matris eorum, et quietos et pagatos se clamant et per se et per suam sororem Aldam. Et promittunt ei quod de cetero nullam requisitionem facient vel actionem movebunt ei vel alicui pro eo per se nec per alium pro se de bonis predictis vel occasione eorum. Et si contra fecerint ipsi vel eorum heredes vel aliquis pro eis vel Alda predicta de (2) lib. .xi $\frac{1}{2}$. petiverit ei quas confitentur se cepisse ab eo pro se et pro sorore, et pervenerit ad aliquod dampnum (3), totum dampnum promittunt restituere sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et iuri quo cavetur principalem debitor primo conveniri. Iuxta turrim Helion de Clavica, die .xiii. januarii. Testes Stephanus de Clavica, Wilielmus de Dataro, Paxius de Luca.

(1) L'imbreviatura è cancellata riga per riga dal notaio.

(2) Cancellato: ultra terciam. In sopralinea: de.

(3) Cancellato: a se.

1487. *Girbaldo da Recco pagherà una somma a Giraldo del suo Vasallo Tortella, al prossimo carnevale.* 13 gennaio 1192.

[*fo. 79 v.*] (1). Girbaldi].

Promittit Girbaldus de Reco se daturum Giraldo filio quondam Vasalli Tortelle sol. .xx. ad carnislevamen proximum, et sol. .xx. ad pasca et sol. .xx. ad sanctum Iohannem de rebus quas habebat (2) patris vel matris eius, sub pena dupli. Iuxta turrim Helion de Clavica, die .xiii. januarii. Testes Stephanus de Clavica, Wilielmus de Dataro. .MCLXXXII., indictione .viii.

1488. *Agmo di Vercellato dichiara di aver ricevuto da Guglielmo de Pallo una bota con ferramenti speditagli da Ragul de Castello Landono da Oltremare.* 13 gennaio 1192.

Wilielmi de Pallo].

*Confitetur Agmus de Verzellato se recepisse a Wilielmo de Pallo botam unam in qua continentur plura ferramenta, quam botam Ragul de Castello Landono posuit in nave predicti Wilielmi Ultramarine pro adducere in Ianua, et super quam botam veniebat idem Ragul, et quietum se clamat et pagatum idem Agmus. Ex qua bota vel de rebus que in bota sunt vel occasione earum rerum si de cetero aliqua requisitio fieret vel actio moveretur Wilielmo de Pallo a Ragul predicto vel a qualibet alia persona, et Wilielmus (3) perveniret ad aliquod dampnum, Agmus per se suosque heredes totum dampnum restituere promittit, sub pena dupli in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Raimundus Unaldus, Wilielmus de Bombel.

1489. *Alberto Corso e Guglielmo Zetapane contraggono una società per affari in Corsica.* 13 gennaio 1192.

Wilielmi Zetapanis].

Confitetur Albertus Corsus (4) se portare in societate a Wilielmo Zetapane sol. .xlv. et de suis sol. .xx. in Corsicam, causa negotiandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. In curia Gontardorum, ea die. Testes Belengerius de Narbona, Iacomus filius Bernardi calegarii.

(1) *Nel margine superiore:* In [januario].

(2) *Cancellato:* de ma.

(3) *Cancellato:* per se.

(4) *Cancellato:* de matara (?).

1490. *Maria del fu Ansaldo Galia, vende a Guglielmo Pisano un terzo della casa che fu di suo marito.* 15 gennaio 1192.

Wilielmi Pisani].

Testes Simeon de Fossadello, Iacomus Vaxellus, Sibilia de Lugarrello. Sub porticu DoniDei iudicis. Maria filia quondam Ansaldi Galie vendit Wilielmo Pisano terciam partem domus que fuit Sacarelli quondam sui mariti positam extra murum civitatis Ianue, cui coheret antea via sive litus maris, a latere domus filiorum Wilielmi Cignardi, ab alio latere domus filiorum Gilij, retro domus Ottonis Valdetari. Et que tercia est pro indiviso cum eodem empatore. Et quam terciam et omnes rationes et actiones quas habet in ea domo ei cedit et vendit et eis possit agere et excipere sicut ipsa (1) cum omni suo iure et comodo et utilitate precio lib. .xii. et sol. .xiii. et den. .iii., et quietam se clamat et pagatam. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, abrenuncians exceptioni non numerate peccunie et iuri quo cavetur ut si quis deceptio fuerit ultra dimidium iusti precij agere possit vel ad rei restitutionem vel ad iusti pretij suppletionem, et decreto consultus Velleiani, et omni iuri. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni etiam homine et a suis filiis per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Et pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Iurat etiam ita attendere, et hanc venditam tenere et habere firmam et ratam, et quod alij non vendidit nec obligavit nec alienavit. Die .xv. (2) januarii.

1491. *Forzano pagherà una somma a Molazzana a S. Giovanni per una fornitura di cotone.* 15 gennaio 1192.

Mollazane].

Confitetur Forzonus se cepisse tantum bombacem a Mollazane, unde ei dare promittit lib. den. jan. .c. ad sanctum Iohannem junij proximum, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et si non pagaverit ut supra, Nicolosus de Oria debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Iurat etiam similiter per omnia at-

(1) *In sopravlinea:* et eis possit agere et excipere sicut ipsa.

(2) .xiii. cambiato in .xv.

tendere. In ecclesia Sancti Laurentii, ea die. Testes Albertonus bancherius, Ansaldus Rapallinus, Marchesius de Volta.

1492. Oberto Spinola e Oberto Grimaldi donano la Chiesa di San Luca all'arcivescovo di Genova Bonifacio. 15 gennaio 1192.

Archiepiscopi et januensis ecclesie].

* Nos Obertus Spinula et Obertus Grimaldi offerimus ecclesiam quam fundavimus prope domos nostras in honore Sancti Luce vobis domino archiepiscopo Bonifatio et januensi ecclesie Sancti Laurentii, ita ut non debeat supponi alicui alij ecclesie, servato tenore per omnia illius instrumenti facti per manum Wilielmi Caligepalij a primordio fundationis illius ecclesie, cuius exemplum hic inferius continetur. Testes dominus prepositus Ogerius Galleta, archipresbyter Augustinus, magister Causa, Bonus Vasallus, Bonus Blancus subdiaconus, Iohannes diaconus de Castello, Iacomus senescalcus domini archiepiscopi, presbyter Wilielmus. In camera Bonifatii januensis archiepiscopi, ea die. Ego Bonifatius januensis electus suscepi in mandatis a domino Clemente summo pontifice quatenus ad postulationem nobilis viri Oberti Spinule concederemus sanctam (1) edificare ecclesiam iuxta domum suam ad remedium anime sue si absque gravi detrimento circumadjacentium ecclesiarum fieri posset. Et hac appellatione remota. Quia igitur infra parochiam Sancti Syri ut dicitur eandem ecclesiam edificari postulabat, abbatem predicti monasterii citavimus, ut si in aliquo detrimentum nobis posset ostendere, evidenter designaret. Sepe et sepius sollicitatus post multas dilationes impetratas, non ostendit nobis illud dampnum vel detrimentum quo ipsa posset impediri ecclesia. Mandatis itaque summi pontificis obtemperantes, auctoritate apostolica et consilio fratrum nostrorum, licentiam impertimur predicto Oberto filiis ac nepotibus qui sunt de domo Spinule et Guidoni atque Oberto Grimaldus genero eius et Oberto Rapulio pro se et uxoribus et familiis tantum edificari ecclesiam, verum quia in solo curie nostre eadem edificari ecclesia. Et quia inde annuatim percipiebat pensionem, id concedimus salvo iure patronatus, et pro pensione annuatim in natale Domini den. .xii. nostre curie reservamus. Volentes etiam indemnitati monasterii Sancti Syri providere, cuius predicti nobilis parrochiani erant et in cuius parochia ipsa ecclesia ut fertur constituitur, statuimus et in perpetuum presentium [fo. 80 r.] auctoritatem firmavimus quatinus singulis an-

(1) Lettura incerta. Vobis cambiato in tibi, invece di S (?).

nis prefatus Obertus et heredes sui [in] festivitate Beati Syri eidem monasterio sol. .xx. januensis monete conferre teneantur in recompensatione oblationum quas ab eisdem in solemnitatibus iure debito percipiebat, salvo etiam quod idem monasterium missas sponsalicias eorundem nobilium et de partu uxorum ipsorum habeat. Quod sane beneficium etiam si illuc secure non possint accedere, nichilominus monasterium consequatur, salvo quoque iure cimiterij eiusdem monasterij, si quod habet vel habere debet. Hec autem ita concedimus salvo in omnibus iure diocesano et salva debita matricis ecclesie reverentia, et salvo eo quod nulli alij ecclesie possit vel debeat eadem ecclesia supponi. Que omnia ea quo potuimus cautela et providentia libravimus, videntes et a consulibus cognoscentes quod prefati viri non poterant ad prefatum monasterium esse securi, providentes utilitati monasterij et eius detrimentum vitare volentes. Presertim cum iamdictus Obertus Spinula cum omni domo sua et alij quam plures parati essent iurare quod de cetero apud ipsum monasterium non sepelirentur. Actum Ianue in palatio domini Ianuensis archiepiscopi, presentibus et rogatis testibus domino Ogerio preposito, magistro Causa, presbytero Thoma, presbytero Turbana, presbytero Augustino, et Bono Vasallo Blanco canonicco, necnon Balduino Guercio, Simone Aurie, et Fulcone de Castro. Anno dominice nativitatis .MCLXXXVIII., indictione .v., .xiii. die septembris.

1493. *Daniele del Bisagno e Corrado di Cabenna si accordano per ricercare la parentela tra Corrado e la sua moglie. 15 gennaio 1191.*

Curradi de Cabenna].

Conveniunt ad invicem Daniel de Bisanni et Curradus de Cabenna invenire parentelam inter Curradum et suam uxorem si iuste invenerint et dare operam bona fide ut inveniatur. Et Daniel promittit ei non contrariare parentelam per se nec per alium pro se si inventa fuerit, et facere medietatem expensarum. Iurat etiam Daniel ita attendere et contra non venturum de parentela. Et si Maria forte infamaretur legittime de cetero, Daniel et Gerardus fratres promittunt dare Currado lib. .xxxii., sub pena dupli. Et si forte eadem Maria in fraudem auferret Currado de rebus eius, ita quod legittime probaretur, totum dampnum restituere promittunt, sub pena dupli. Et quisque eorum in solidum obligat se et sua in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. In ecclesia Sancti Damiani, die .xv. januarii. Testes Wilielmus Mallonus, Hugo Mallonus, presbyter Curradus, Albertus de Lavania.

1494. *Ingo de Volta vende a Guidone, speciarius, e a Oberto notarius, tutta la terra che comprò da Drua, del fu Ugone Cane, in Genova, in Brolio e in ora Calderiorum. 15 gennaio 1192.*

Widonis speciarij et magistri Oberti notarii].

Ingo de Volta vendit Widoni specario et magistro Oberto notario locum sive terram totam quam emit a Drua filia quondam Hugonis Canis positam in civitate Ianue in Brolio sive in ora Calderiorum, infra has coherentes: superius coheret terra heredum Amici de Morta, inferius domus Merli et heredum Alberti Ferrarij et via publica, a latere via (1), ab alio latere terra Angivini. Quam terram totam cum omnibus superpositis et cum omni iure et comodo et utilitate et ingressibus et exitibus suis vendit eis pretio lib. den. ian. .cxx., et de pretio clamat se quietum et pagatum, abrenuncians exceptioni non numerate peccunie et iuri quo cavetur ut si quis deceptus fuerit ultra dimidium iusti pretii agere possit vel ad iusti pretij suppletionem vel ad rei restitutionem (2). Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos eis cedit, et possessionem cum dominio eis confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerint sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Ab omni etiam homine per se suosque heredes eis eorumque heredibus defendere et auctorizare promittunt (3) sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda eis stipulantibus pignori obligat, sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit hec vendita sub extimatione in consimili loco. In ecclesia Sancti Torpetis, ea die. Testes Philippus de Castello, Philippus Ricius, Balduinus de Orto.

1495. *Guglielmo Barca pagherà una somma a Simone de Iser, 15 giorni dopo pasqua, con la fideiussione di Guglielmo Malfiastro. 16 gennaio 1192.*

Simonis de Iser].

Confitetur Wilielmus Barca se daturum Simoni de Iser lib. .lxiii. ad dies .xv. proximas post pasca proximam sub pena dupli. Et Wilielmus Malfiliaster debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Testes Ogerius de Cartagenia, Philippus Catus. Sub volta Fornariorum, die .xvi. januarii.

(1) *In sopravlinea:* a latere via.

(2) *Una parola tutta cancellata:* et...

(3) *Sic!*

1496. *Deusfecit di Sestri Levante pagherà una somma a Giovanni filator, al prossimo carnevale.* 17 gennaio 1192.

Iohannis filatoris].

Confitetur DeusFecit de Sejestri se daturum Iohanni filatori sol. .xx. quos prestavit gratis ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .xvii. januarii. Testes Albertus de Mercato, Petrus Ortulanus, Bernardus Ortulanus.

1497. *Giovanni da Maragliano de Cumি pagherà una somma a Giovanni di Casanova al prossimo carnevale.* 17 gennaio 1192.

Iohannis de Casanova].

Confitetur Iohannes novus (?) (1) de Marejano de Cumis se daturum Iohanni de Casanova lib. .vi. ad carnislevamen veturum proximum sub pena dupli. Testes Aldricus Verrus, Rolandus Bacemus, Obertus Blancus. Ea die et loco.

1498. *Guglielmo Barca pagherà una somma a Rolando Vacca e a Rufino Belser 15 giorni dopo pasqua, con la fideiussione di Ansaldo Buferio.* 17 gennaio 1192.

Roland Vacce et Rufini] (2).

Confitetur Wilielmus Barca se daturum Rolando Vacca et Rufino Belser lib. .cxiii. ad dies .xv. proximas post pasca proximam, sub pena dupli. Et Ansaldus Buferius debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo caveltur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta eiusdem Ansaldi, ea die. Testes Albertus Gallus, Baudo Alamannus.

1499. *Guglielmo Barca pagherà una somma agli stessi e allo stesso termine con la fideiussione di Ansaldo Rataldo.* 17 gennaio 1192.

[Rolandi Vacce et Rufini]].

Confitetur Wilielmus Barca se daturum eisdem lib. den. jan. .cxim $\frac{1}{2}$. ad eundem terminum, sub pena dupli, et Ansaldus Rataldus (3) debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo caveltur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea

(1) In soprallinea: novus (?).

(2) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(3) Cancellato: Buferius; in soprallinea: Rataldus.

die, [iu]xta domum eiusdem Ansaldi Rataldi. Testes Albertus Gal-lus, Bauditio Boiachesus, Hugo Pellis.

1500. *Lodo dei consoli de Serra per Aidela.* 20 gennaio 1192.

[*fo. 80 v.*] (1) *Laus Aidele*.

Consules plebis de Serra Ardonus de Cra[v]ana et Paltrus de Ri-cono et Rubaldus de Licanno, laudarunt ut Aidela de ecclesia de Vairato habeat, teneat, et quiete possideat tantum quod bene valeat sol. .xxx. in bonis Wilielmi Clerici sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Quod ideo fecerunt quoniam predictus Wiliel-mus prefatam Aidelam male percussit et male pertractavit. Que cau-sa agitata fuit et cognita coram transactis consulibus, videlicet Otto-bono de Magner et Arduino de Rico et Grillo de Palleredo et Iohan-ne de Molendino. A quibus prefati consules receperunt in mandatum ut laudem ei facerent de predicta quantitate et inscriptis ponerent (2). Quare laudarunt ut supra ex suo officio (3). Sub volta Forna-riorum, die .xx. januarii. Testes Ogerius de Cartagenia, Belenge-rius de Narbona, Philippus Caitus.

1501. *Arnaldo Bonifacio e Rufino di Canneto contraggono una ac-comandatio.* 21 gennaio 1192.

Rufini de Canneto].

* Confitetur Arnaldus Bonefatus se portare in accomendatione a Rufino de Canneto lib. .xvii. et den. .xiii. Pisas, causa negotiandi, ad medietatem proficui, sine expensis preter in furnire res. Inde la-nuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi profi-cuum quod Deus dederit cum capitali. Die .xxi. januarii. Testes Ansaldus Fornarius, Iacomus filius Bernardi calegarii.

1502. *Buonvasallo Zaritola dà quitanza al fratello Ansaldo per una somma ricevuta dal capitale sociale.* 21 gennaio 1192.

Ansaldi].

Confitetur BonusVasallus Zaritola se recepisse ab Ansaldo suo fra-tre lib. .L. pro capitali de societate quam fecit Obertus de Bontho-mao eidem Ansaldo nomine BoniVasalli, de tarinis .dc., de rebus eiusdem BoniVasalli. Et idem Ansaldus confitetur se traxisse lib.

(1) *Nel margine superiore:* In jan[uario].

(2) *In sopralinea:* et inscriptis ponerent.

(3) *In sopralinea:* ex suo officio.

.xxv. pro parte sua capitalis quod posuit. Et ex his predictis libris ad invicem clamant se quietos et pagatos pro capitali. Et residuum quod (1) confitentur Obertum de Bonthomao habere de predicta societate cum Deus dederit, per medium debebunt dividere. In curia Gontardorum, ea die. Testes Wilielmus de Bonbel, Wilielmus de Pallo, Iacomus de Bonbel.

- 1503.** *Ansaldo, figlio del fu Ogerio de Castello contrae una accomandatio con Ingone suo fratello.* 22 gennaio 1192.

Ingonis].

Confitetur Ansaldus filius quondam Ogerii de Castello se portare in accomendatione lib. .cl. ab Ingone suo fratre, que sunt de patrimonio uxorius eiusdem Ingonis ut ipse confitetur, Marsiliam et inde quo sibi videbitur, causa negociandi. Et si sibi videbitur, possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub porticu heredum Ionathe Cavarenci, die .xxii. januarii. Testes Iordanus notarius, Ferrandus.

- 1504.** *Leona moglie di Rubaldo di Buontomaso autorizza Ansaldo figlio del fu Ogerio de Castello di pagare il prezzo del riscatto di Rubaldo, in prigione ad Alessandria.* 22 gennaio 1192.

Ansaldi].

Quoniam creditur Rubaldum de Bonthomao esse in carcere in partibus Alexandrie. Leona uxor eiusdem Rubaldi dat liberam potestatem Ansaldo filio quondam Ogerii de Castello expendere usque in bis. sarracenales .cc. et plus si sibi videbitur et eidem Rubaldo. Et totum quod expenderit ultra bis. .cc. et bis. .cc. et omnes expensas quas faciet occasione redemptionis prefati Rubaldi, eadem Leona totum restituere promittit bona fide sicut concordaverint idem Rubaldus et idem Ansaldus, sub pena dupli in suis bonis stipulando, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri et auxilio, et consilio Bonefatii de Volta et Iohannis de Castello parentum et vicinorum. In domo Oberti de Bonthomao, ea die. Testes Facius de Camugi, Lafrancus Lazari, et consiliatores.

- 1505.** *Raimondo Arbuza prende a mutuo una somma da Poncio di Crest.* 22 gennaio 1192.

(1) *Cancellato:* habet.

Pontij de Crest].

Confitetur Raimundus Arbuza se cepisse mutuo tot den. jan. a Pontio de Crest unde ei dare promittit lib. .xii. et sol. .x. regalium bonorum in Marsilia ad medium .xl. proximam, et si antea fuerit ibi, ad dies .viii. proximas ex quo fuerit dare promittit. Et inde ei pignori obligat becunas .cccc. et reliqua bona sua que maluerit, habita et habenda. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Amarigus de Mollazana, Wilielmus Cavalierius.

1506. *Raimondo Arbuza prende a mutuo da Guglielmo Cavalerio una somma. 22 gennaio 1192.*

Wilielmi Cavalerii].

Et Wilielmo Cavalerio similiter per omnia, lib. .xiii $\frac{1}{2}$. regalium, et pignus est posta .i. de cendatis et cent. .iii. grane et reliqua bona sua. Ea die et loco et testibus.

1507. *Prete Ugo e Giovanni diacono del Castello, danno un lodo in favore di Amarigo di Molazzana. 22 gennaio 1192.*

Laus Amarigi].

Presbyter Hugo et Iohannes diaconus de Castello delegati iudices curie domini archiepiscopi a domino Bonefatio archiepiscopo laudarunt ut Amarigus de Mollazana habeat, teneat, et quiete possideat in bonis Merlonis Morelli lib. .iii. et in bonis heredum Baldizonis lib. .iii. et in bonis Petri de Boso lib. .iii., ubicumque invenierit de bonis eorum in quibus maluerit (1) sine omni eorum omniumque pro eis contradictione, curante Iacomo senescalco pro heredibus Baldizonis. Quod ideo fecerunt quia predicti et Balditio (2) se et sua obligaverant pro Wigonzono de Ajo sub pena lib. .l. si assaltum faceret ipse in Amarigum, et qui Wigonzonus similiter sub pena lib. .l. promisit stare mandato curie, et quod non observavit et postea assaltum fecit in Amarigum, et quod predicti cognoverunt per testes. Quare predictis freti (3) et ex officio curia et (4) predictis in causam vocatis et contradicere nolentibus, laudarunt ut supra. In palatio archiepiscopi, ea die. Testes presbyter Iacomus de Sancta Agneta, Iacomus filius Bernardi calegarii, Rainaldus de Curia, presbyter Petrus, Enricus Crispinus, Obertus Pugnus.

(1) *In sopravlinea*: in quibus maluerit.

(2) *In sopravlinea*: et Balditio.

(3) *In sopravlinea*: predictis freti.

(4) *In sopravlinea*: et.

1508. *Guglielmo di Beders riconosce di avere in societate somme di Idone Pallo e di Ogerio de Pallo e prende impegni a questo riguardo. 23 gennaio 1192.*

Idonis et Ogerii de Pallo].

Confitetur Wilielmus de Beders se habere in societate ab Idone de Pallo lib. .cl. et ab Ogerio de Pallo lib. .c. et de suis lib. .lxxxiii., causa tenendi et negotiandi bona fide in botea usque ad annum. Et tunc dare promittit eis capitale et medietatem proficui quod Deus dederit et (1) ipsi suam medietatem divident per libram inter se, et aliam medietatem lucri debebit retinere sibi. Et Wilielmus abrenuncians exceptioni non numerate peccunie, sub pena dupli in suis bonis (2). Et si ita non attenderit (3), vel in sua culpa devastaverit et quod nullam fraudem habebit (4) et utpote ludendo et metricando, Corsus de Palazolo et Adalaxia preter ita tamen quod res sint ad fortunam mercadantie (5) uxor eiusdem Wilielmi promittunt eis restituere lib. .cl. et Rogerius Helie lib. .c., et totum dampnum restituere omnibus modis (6) et preter in fortuito casu (7) [fo. 81 r.] et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri, et Adalaxia abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani, et Corsus et Adalaxia obligantes se et sua in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Adalaxia facit hec iussu sui patris et consilio Rogerij Helie et Baudi Vesconti parentum. In domo Hospinel Bonichi, die .xxiii. januarii. Testes Wilielmus guardaor, Iohannes (8) Rubeus guardaor, Iohannes de Berta. Et si exinde Wilielmus tenuerit hanc societatem (9) ultra terminum (10), predicti similiter se obligant usque dum tenuerit.

(1) *Cancellato:* al.

(2) *Cancellato:* Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et operari et non defraudare et dare partem proficui eorum quod pervenerit eis et capitale ut supra, nisi quantum remanserit licentia eorum. *In sopravaria:* Et Wilielmus abrenuncians exceptioni non numerate peccunie, sub pena dupli in suis bonis.

(3) *Cancellato:* videlicet quod Deus.

(4) *In sopravaria:* et quod nullam fraudem habebit.

(5) *Sotto il documento per postilla, fo. 80 v.:* preter ita tamen quod res sint ad fortunam mercadantie.

(6) *Nel margine:* omnibus modis.

(7) *Sotto il documento, fo. 80 v.:* et preter infortuito casu (fortuitu?).

(8) *Cancellato:* Cleri.

(9) *Cancellato:* voluntate creditorum.

(10) *In sopravaria:* Et si exinde Wilielmus tenuerit hanc societatem ultra terminum.

1509. *I consoli di Nervi, Bonfante Cairato, Domenico da Quinto, Grimaldo da Isola, Balduino Uguzzo e Raimondo Verro, danno un lodo in favore di Giordano Rosso da Nervi. 23 gennaio 1192.*

Laus Iordanii Rubei].

Consules de Nervi, Bonus Fans Cairatus, Dominicus de Quinto, et Grimaldus de Isula et Balduinus Uguzzus et Raimundus Verrus, laudarunt ut Iordanus Rubeus de Nervi habeat, teneat, et quiete possideat scalam ad propriam (1) et maceriam et viam pro ire uti de via (2) que sunt iuxta domum Viviani de Curia usque in viam publicam et usque iuxta maceriam Iohannis Mussi (3) sine contradictione Viviani et omnium pro eo. Quod ideo fecerunt cum esset lis inter Vivianum et Iordanum de predictis. Iordanus querimoniam depositus coram consulibus. Consules vero, videntes predicta et inquirentes rei seriem, Wilielmus filius Viviani confessus fuit quod predicta erant Iordanii. Set quia idem Wilielmus erat filius familias, Iordanus ostendit per testes idoneos quod Vivianus constituerat eum Wilielmum procuratorem et dominum domus sue, et quod pro firmo (4) haberet quicquid ille Wilielmus faceret. Quare laudarunt ut supra. Testes Germanus, Gerardus Murigula, Iacomus filius Bernardi calegarii. In domo Ingonis Longi, ea die.

1510. *Michela, moglie di Oliviero Peltro, da quitanza a Ottone giudice per denari e merci. 23 gennaio 1192.*

Ottonis Iudicis].

Confitetur Michela uxor Oliverij Peltri se recepisse (5) ab Ottone iudice lib. .LXXII. et sol. .vii. et den. .viii., qui denarij fuerunt accepti de una zurra piperis, et cant. .III. et rot. .LVIII. incameratos cum cordis et sacco, et de duobus saccis indicis de Garbo, de cant. .II. et rot. .II. incamerati, et de sportis .III. piretri de cant. .v. et rot. .XLII. incamerate, et de lib. .XXIII. brazilis domestici, et de duobus cent. (6) et lib. .xii. piperis in duobus cantariis (7), unde est carta quam fecit Marsilius. Et ex his omnibus clamat se quietam et pagatam. In domo Ottonis Rubei, ea die. Testes Balduinus

(1) *In sopravallata:* ad propriam.

(2) *In sopravallata:* pro ire uti de via.

(3) *In sopravallata:* et usque iuxta maceriam Iohannis Mussi.

(4) *Cancellato:* de.

(5) *In sopravallata:* se recepisse.

(6) *Cancellato:* .II.

(7) *In sopravallata:* in duobus cant. (cent. ?).

VivusSitis, Vasallus filius quondam Helie. Et que omnia habuit Otto in accomendatione ab Oliverio.

1511. *Otto, giudice, contrae una accomandatio con Michela, moglie di Oliviero Peltro, per traffici nel Principato e in Sicilia.*
23 gennaio 1192.

Oliverii Peltri].

Confitetur Otto iudex se portare in accomendatione a Michela uxore Oliverij Peltri de rebus eiusdem Oliverij lib. .xxxvi. in Principatum et in Siciliam et quo sibi videbitur causa negotiandi melius, bona fide, ad quartam proficui. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et possit mittere et facere sicut faciet de suis causa negotiandi. Ea die et loco et testibus.

1512. *Testamento di Antulo della Croce.* 24 gennaio 1192.

Testamentum].

Antulus de Cruce sua ultima voluntate iudicat pro anima sua sol. .c. ita distributos: decenum operi Sancti Laurentii, residuum in distributione Petri sui fratris. Sue uxori Altilie legat lib. .xl. tali conditione ut si non posset stare cum filio suo Petro ita quod ipse molestaret eam quod ipsa non valeret pati, haberet eas ad utendum pro victu et vestitu, ita quod residuum non posset ipsa alienare neque dare nisi filio. Et legat eidem habitationem in sua domo ex una parte. Reliquorum suorum bonorum heredem instituit suum filium Petrum, et vult ut ipse et res sint in custodia Petri de Cruce et Oberti de Cruce, qui habeant licentiam mittendi res per mare et per terram et faciendi omnibus modis causa negotiandi sicut de suis propriis, ad fortunam minoris, usque dum habebit annos .xx. completos. Et tunc habeant licentiam deliberrandi omnes res in potestate eius, ita tamen ut ipse teneatur per sacramentum et per consilium parentum de non faciendo requisiitionem in laude sapij eorum, et quod Petrus videlicet minor si obierit sine heredi legittimi coniugij (1) abintestato (2), substituit ei proximiores parentes paternos. Hec est sua ultima voluntas. Testes Willemus de Faxapiano, Obertus de VivaBona, Iohannes Gastaldus, Petrus de Veredeto, Bonus Dies de Carro, Obertus de Cruce. In domo eiusdem Antuli, die .xxviii. januarii.

(1) *In sopravinea:* legittimi coniugi.

(2) *Cancellato:* vu.

1513. *Anfusso banchiere pagherà una somma a Balduino Gotefredo Campo all'ottava di Pasqua.* 24 gennaio 1192.

Balduini].

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Balduino Gotefredo Campo lib. .LXXV. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Wilielmus Rizisom, Otto-Bonus de Aspirano, Bonus Vasallus de Mortedo.

1514. *Marchesio, draperius, pagherà una somma a Guglielmo Mesciavino a metà quaresima.* 24 gennaio 1192.

Wilielmi Mesclavini].

Confitetur Marchesius draperius se daturum Wilielmo Mesclavino lib. .LIII. et sol. .xv. ad medium .XL. proximam, sub pena dupli. In botea Iordani Ricerii, ea die. Testes Donum Deus de Pelio, Manfredus Guercius, Hugo taiaor.

1515. *Picamilio vende a Bartolomeo, banchiere, mezzo locum della nave costrutta a Portovenere.* 24 gennaio 1192.

Bartholomei bancherij].

Picamilium vendit Bartholomeo bancherio medium locum navis que fuit facta ad Portum Venerem cum omni sarcia medio (1) loco pertinenti pro lib. .xv $\frac{1}{2}$. Et que navis (2) ad rationem locorum .LXXX. Et de pretio clamat se quietum et pagatum, et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse vel quasi possessionem. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat. Ante domum Picamilij, ea die. Testes Albertus serraor, Durantus de Campo.

1516. *Guglielmo Re di Arenzano porta una somma sua e dei della Croce della societas a Marsiglia per traffici.* 25 gennaio 1192.

Oberti de Cruce].

Confitetur Wilielmus Rex de Arezano se portare in societate lib. .c., de quibus est tercia pars sua, et due partes sunt Petri de Cruce et Antuli et Oberti nepotis eorum, ita tamen quod lib. .x. de istis duabus partibus sunt proprie Petri de Cruce et Oberti nepotis eius, et quas libras portat ab Oberto nepote eorum, in Marsiliam

(1) *In sopralinea:* medio.

(2) *Cancellato:* lo.

et inde quo sibi videbitur causa negotiandi, bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue [fo. 81 v.] (1) cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et si sibi videbitur, possit mittere eis in Ianua (2) et cum testibus. Testes Obertus de AquaBona, Iohannes Fossatum, Obertus de Ortallo, Iacomus filius Bernardi calegarii. Sub portieu Ingonis Longi, die .xxv. januarii .MCLXXXIXII. inductione .VIII.

1517. *Giovanni Fossato dà quitanza della dote alla moglie Richelda e le costituisce l'antifatto.* 25 gennaio 1192.

Patrimonium Richelde].

Confitetur Iohannes Fossatum se habuisse de dote sue uxoris Richelde filie Oberti de Ortallo lib. .xx., et quietum se clamat. Et antifactum facit lib. .x. in suis bonis ad habendum secundum morem civitatis Ianue. Et pro his omnibus (3) omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat patri videlicet recipienti pro filia. Ea die et loco. Testes Obertus de AquaBona, Obertus de Cruce, Iacomus filius Bernardi calegarii, Germanus batifolium.

1518. *Oberto de Valle Colubano e Alda, coniugi, vendono ad Alda e Verde, figlie del fu Balduino da Campo un terreno in Boaliasco.* 25 gennaio 1192.

Alde et Verde].

(4) In domo quondam Hugonis Scoti, die .xxv. januarii. Testes Wilielmus Zolarius et consiliatores. Obertus de Valle Colubano et Alda iugales vendunt Alde et Verde filiarum quondam Balduini de Campo petiam .i. terre in Boiasco in ora que dicitur Isula, cum omni suo iure et comodo et utilitate et cum omnibus superpositis, pretio lib. .iii. den. jan. Cui coheret a duabus partibus terra emporum, superius via, inferius fossatum. De pretio clamat se quietum et pagatum (5), et quod plus valet titulo emplionis et donationis inter vivos eis cedunt, et possessionem cum dominio eis confitentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure ipse eorumque heredes quicquid voluerint. Ab omni homine defendere

(1) *Nel margine superiore:* [I]n jan[uario].

(2) *In soprallinea:* in Ianua.

(3) *Cancellato:* omnibus.

(4) *Cancellato:* Testes.

(5) *Sic!*

et auctorizare promittunt sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda eis pignori obligant, et quisque eorum in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani, et omni iuri, sicut pro tempore valuerit. Et ipsa facit hec consilio suorum parentum Vitalis de Po et Wilielmini de Florenzano.

- 1519.** *Paolo, draperius, darà a Baldovino Gotofredo Campo una somma a metà quaresima, e all'ottava di Pasqua. 25 gennaio 1192.*

Balduini].

Confitetur Paulus draperius se daturum Balduino Gotofredo Campo lib. .xvi. et sol. .x. ad medium .xl. proximam et lib. .lx. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli in suis bonis. Testes Wilielmus Pontius, Wilielmus Rizisom. Sub volta Fornariorum, die .xxv. januarii.

- 1520.** *Giovanni Piazzalunga e Sala coniugi prendono a mutuo una somma da Giovanni, calzolaio. 25 gennaio 1192.*

Iohannis calegarii].

Confitentur Iohannes PlazaLonga et Sala iugales se cepisse mutuo pro amore a Iohanne calegario lib. .iii. den. jan., quas promittunt reddere ad annum proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie et iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani, et consilio Angeloti de Caffara et Ogerij de Sancto Quirico, parentum. Testes Gerardus Bonataca et consiliatores. Iurat etiam Iohannes super animam suam et animam uxoris licentia eius, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Sub volta Fornariorum, ea die.

- 1521.** *Oberto Plantavinea e Guglielmo Barbavaira contraggono una societas per traffici in Corsica. 25 gennaio 1192.*

Wilielmi Barbavaire].

In botea Pignoli, die .xxv. januarii. Testes Iohannes de Canali, Brunus Corsus, Vasallus draperius. Confitetur Obertus Plantavinea se portare in societate a Wilielmo Barbavaira lib. .vii. et sol. .vi. et den. .viii. et de suis lib. .iii. et sol. .xiii. et den. .iii. in (1)

(1) Cancellato: S.

Corsicam, causa negotiandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri.

1522. *Lanfranco, figlio del fu Amedeo da Monleone, dà quitanza della dote alla moglie Mabilia e le costituisce l'antifatto.* 25 gennaio 1192.

Patrimonium Mabilie].

Confitetur Lafrancus filius quondam Amedei de Monleon se habuisse de dote sue uxoris Mabilie filie Wilielmi Calvi de Poreto lib. .x., et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .v. ad habendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus his omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. In domo Sancte Marie de Castello, ea die. Testes Ursus zocolarius, Lafrancus filius eiusdem Ursi, Martinus Barrilaris, et Vasallus frater eius, (1).

1523. *Bertoloto Scata, per volontà di Giovanni Canevecchio, contrae una societas con Alberto de Paver, per traffici in Corsica.* 26 gennaio 1192.

Alberti de Paver].

Confitetur Bertolotus Scata se portare in societate voluntate Iohannis CanisVetuli ab Alberto de Paver lib. .vii. et sol. .vi. et den. .viii. et de societate quam habet cum eodem Iohanne voluntate eius lib. .iii. et sol. .xiii. et den. .iii., in Corsicam, causa negotiandi. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium partiri debet. Testes HomoDeus calegarius, Iacomus filius Bernardi calegarii. Sub porticu Ingonis Longi, die .xxvi. januarii.

1524. *Bruno Corso contrae una societas coi della Croce per traffici in Corsica.* 26 gennaio 1192.

Oberti de Cruce].

Confitetur Brunus Corsus se portare in societate lib. .xi., de quibus sunt due partes Petri de Cruce et Oberti nepotis eius et Petri filii quondam Antuli ab eodem Oberto, et tercia est sua, in Cor-

(1) *Cancellato: Marescotus de Placentia.*

sicam, causa negotiandi, bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. In domo Ingonis Longi, ea die. Testes Iacobus filius Bernardi calegarij, Albertus de Modelaneco, Almarigus de Mollazana.

- 1525.** *Lombardo di Valenza dà quitanza di una somma a Buonvasallo da Cartagena e a Oberto Boleto.* 27 gennaio 1192.

Roni Vasalli et Oberti].

Confiteatur Lombardus de Valeza se cepisse a Bono Vasallo de Cartagenia et ab Oberto Boleto lib. .xiii., et quietum se clamat, pro barcis .ii. marmorum que promittit conducere cum suis expensis in ripa maris Ballaar, salvo pacto carte quam fecit Iohannes Centragi, sub pena dupli. Et Corsus Spearius debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .xxvii. januarii. Testes Wilielmus Ostaliboj, Daniel Nacarius.

- 1526.** *Raimondo Sacco contrae una accomandatio con Ricomanna de Mari.* 27 gennaio 1192.

Ricomanne et Agnetis].

Confiteatur Raimundus Saccus se portare in accomendatione a Ricomanna de Mari lib. .xx. Guaranum vel quo iverit pro facere caricum grani, et inde Ultramare, causa negotiandi, bona fide, ad quartam proficui. Et ab Agnete uxore Wilielmi Galli de rebus sui mariti lib. .xx. similiter. Inde Ianuam reducere promittit eis vel eorum certo misso proficuum quod Deus dederit cum capitali. Testes Rubaldus belfolium, Magister Martinus de Predi. In domo Ingonis de Volta, ea die.

- 1527.** *Ottobono, figlio del fu Guglielmo Rosso de Porta, e Alda, coniugi, vendono a Vassallo da Prato alcune terre.* 28 gennaio 1192.

[fo. 82 r.] Vasalli de Prato].

Ottobonus filius quondam Wilielmi Rubei de Porta et Alda iugales vendunt Vasallo de Prato petiam .i. terre in Celanexo positam in ora que dicitur Podium, cui coheret ab uno latere terra emptoris, ab alio terra Oberti de CampoLongo et consortum, inferius terra eiusdem Oberti, superius via. Et in eadem hora in

plano de Rover vendunt medietatem unius petie que est (1) pro indiviso cum Oberto de CampoLongo (2) et cum consortibus, et cui coheret ab una parte terra eiusdem Oberti et consortium, et ab alia terra Oddonis de Tracfasto et Iohannis de Crereto, superioris via, inferius terra Oberti de CampoLongo. Et vendunt petitam .i. in ora que dicitur Samma (3), et est ab una parte terra emptoris, ab alia terra Rolandi Ermite et terra Rolandi Bocatij et Vasalli emptoris, et ab alia via, inferius terra Bonefatii et Ferrariorum de Ponte Decimo. Et vendunt medietatem petie .i. in ora que dicitur incisa de Aira de Nigro et que est pro indiviso cum emptore, et inferius est via, a latere terra (4) Sancte Marie, ab alio boscus et terra Marescoti. Et vendunt medietatem petie .i. que dicitur Tavella de Uneto (5) Spisso, et est pro indiviso cum emptore. Et vendunt totum quod habent in Fontana Fulgaria et in Petra Lobaraira, et totum quod videntur habere et possidere et quod per eos poterit invenire in plebario de Celanexo, cum pleno et vacuo et domestico et salvatico et cum domo et cum omnibus superpositis et cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressibus et exitibus suis, pretio lib. den. jan. .xxvi., et de pretio clamant se quietos et pagatos, et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt, et possessionem cum dominio ei confiduntur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni etiam homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant, sicut pro tempore valuerit, et quisque in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri omni, et iuri exceptionis non numerate peccunie, et iuri quo cavetur ut si quis deceptio fuerit ultra dimidium iusti pretii agere possit vel ad rei restitutionem vel ad iusti pretij suppletionem, et Alda abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec omnia consilio et auctoritate suorum parentum Ionathe de Mari et Malerbe de Porta. In domo venditorum, die .mii. exeuntis januarii. Testes Iohannes filius Rogerii de Porta, Rubaldus Lavaninus, et consiliatores.

1528. Otto Pezullo, Amigone di Castello, Rogerio Nosenzio e Lan-

(1) *In soprallinea*: que est.

(2) *In soprallinea*: de Campo.

(3) Sanna ?

(4) *In soprallinea*: terra.

(5) Deoneto (?).

dolfo da Ponte convengono di dividersi gli utili del pedaggio di Rivarolo. 28 gennaio 1192.

Ottonis Pezulli].

Confitentur Otto Pezullus et Amigonus de Castello et Rogerius Noxentius et Landulfus de Ponte se incantasse communiter ab incantatoribus marcarum pedagium lignaminis de Rivarolo pro lib. .xxxiii., tali conditioni quod proficuum quod fuerit inter se convenient dividere. Et si dampnum esset quod absit, similiter per partem convenient equare. Et predictas lib. .xxxiii. alij tres dare promittunt Ottoni Pezullo ad terminum et ad terminos sicut Otto Pezullus tenetur dare incantatoribus marcarum, sub pena dupli. Et voluntate aliorum, predictus Landulfus debet colligere dictum pedagium, et quod (1) iurat colligere bona fide et dare partem suam cuique eorum, nisi quantum remanserit licentia eorum. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Angelotus de Caffara, Ardition magister.

1529. *Oberto Balbo di Sampierdarena promette a Gandolfo di Raalvengo la restituzione di un mutuo pro amore al 1º marzo.* 28 gennaio 1192.

Gandulfi, P.].

Confitetur Obertus Balbus de Sancto Petro de Arena se daturum Gandulfo de Raalvengo lib. .xii ½. jan., quas prestavit pro amore, ad kalendas martij proximi, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Otto de Langasco, Iordanus Ricerius, Enricus Porcus.

1530. *Isabella, figlia di Giulia, moglie di Fredenzone Gontardo, vende a Guglielmo Galupino e a Balduino, fratelli, una casa.* 28 gennaio 1192.

Wilielmi Galupini et Balduini ViviSitis].

Isabella filia Giulie uxoris Fredentionis Gontardi vendit Wilielmo Galupino et Balduino fratribus domum que pervenit sibi a Cardinali pro suo patrimonio, cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo sicut fuit extimata, pretio lib. den. jan. .cXLII. Cui domo coheret antea et retro via, a latere domus Wilielmi Pancini, ab alio latere domus heredum Montanarij Vejadisci. Et de pretio clamat se quietam et pagatam, et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos eis cedit, et possessionem cum dominio eis confitetur se tradidisse ad facendum a modo proprio iure quicquid voluerint. Ab omni etiam ho-

(1) *In soprалinea:* quod.

mine per se suosque heredes eis eorumque heredibus defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda eis stipulantibus pignori obligat sicut pro tempore valuerit, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et confitetur se iurasse ita attendere ut supra, et hanc venditam tenere et habere firmam et ratam et contra non venturam per se nec per alium pro se. Et facit hec omnia consilio suorum parentum Helioni de Clavica et Balduini Canzellerij. In domo heredis Helie (1) de Clavica, die .mii. exeuntis januarii. Testes Trencherius de Platea Longa, Philippus filius eius, Maranus de Roderico, Vasallus Helie.

1531. *Durante, fratello di Macagnano da Godano, giura di servire per sette anni Ottone, maestro.* 29 gennaio 1192.

Ottonis magistri].

Iurat Durantus frater Macagnani de Godano stare cum Ottone magistro usque ad annos .vii. causa serviendi ei de omnibus serviceiis que sciat facere bona fide, et salvare et custodire res eius, et non defraudare ultra den. .xii. per annum. Et si forte aliqua casu (2) exiret domum eius, ad tertium diem iurat reverti ad servitium eius, nisi remaneret licentia eius. Et facit hec consilio amicorum Gerardi de Pontremulo et Alberti fratris eius. Et Otto promittit ei dare victimum et vestitum convenienter et docere eum de suo officio bona fide, et in capite termini dare ei martellum .i., zazolam .i., plumbum, lenzam .i., acus (3) .ii., scapellos .ii., sub pena lib. .x. in suis bonis. Et si predictus Durantus fecerit aliquod dampnum ei, totum dampnum Obertus de Zerri et Iohannes frater eius promittunt restituere, sub pena dupli. Et si non attenderit ut supra, penam lib. .x. promittunt ei in suis bonis, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .iii. exeuntis januarii. Testes Ogerius de Cartagenia, Dominicus magister, et consiliatores.

1532. *Alberto Penello pagherà a Drogo di San Lorenzo, una somma prestata gratis, alla purificazione di Maria.* 29 gennaio 1192.

[fo. 82 v.] (4) Drogì].

Confitetur Albertus Penellus se daturum Drogo de Sancto Lau-

(1) Scritto: Herelie.

(2) In soprалinea: casu, su ira cancellato.

(3) acas (3).

(4) Nel margine superiore: In ja[nuario].

rentio lib. .x. a purificatione Sancte Marie proxima [ad annum] proximum, quas prestavit gratis, sub pena dupli. Iurat etiam ita attendere, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. In ecclesia Sancti Laurentii, die .m. exeuntis januarii. Testes presbyter Ingo, Oglonus de Isula. .MCLXXXII., inductione .viii.

1533. *Rubaldo Moro di Ceranesi promette di fornire il materiale necessario ad una nave ad Ansaldo Rataldo e a Opizone Arabita.* 29 gennaio 1192.

Ansaldi Rataldi et Opizonis, p.].

Promittit Rubaldus Morus de Celanexo Ansaldo Rataldo et Opizone Arabite dare carenam .i. de godis .xxviii. et rotas .ii. et trahantum (1) de godis .xi. completa pro sol. .c. usque ad dies .xv., (2) et medietatem de maderiis necessariis navi et furcorum et furcatum (3) pro sol. .iii. quamquam eorum usque ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Et ipsi promittunt pagare, sub pena dupli. Testes Gandulfus Figal, Obertus Pilosus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1534. *Oberto Porco si obbliga di pagare ad Alda, moglie del fu Ottone Guercio, una somma che Buonvassallo da Cartagena aveva avuta a mutuo per lui.* 30 gennaio 1192.

BoniVasalli de Cartagenia].

*Confitetur. Obertus Porcus quod BonusVasallus de Cartagenia mutuo accepit ab Alda uxore quondam Ottonis Guertii lib. .xxxvi. pro se, et quas Obertus confitetur habuisse ad opus castellanie. Quas vult ut habeat similiter de denariis quos est recepturus pro castellania, et quas libras BonusVasallus est obligatus pagare a purificatione sancte Marie proxima ad annum. Et quas idem Obertus promittit pagare usque ad eundem terminum. Et inde omnes denarios recipiendos de castellania et omnia sua bona ei stipulanti pignori obligat sub pena dupli, et totum dampnum restituere promittit sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .ii. exeuntis januarii. Testes Ogerius de Cartagenia, Ingo nepos eius.

1535. *Manigoldo da Brescia pagherà una somma a Balduino Gofredo Campo a metà quaresima.* 30 gennaio 1192.

(1) *Cancellato*: completa.

(2) *In sopravlinea*: usque ad dies .xv.

(3) *furcorum et furcatum incerto*.

Balduini].

Testes Arnaldus de Fulcone Castello, Vasallus Grandis, Gerardus Bergognonus, Brixonus iudex. Confitetur Manegoldus Brixiensis se daturum Balduino Gotefredo Campo lib. .xii. et sol. .xii. imperialium ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. In palatio archiepiscopi januensis, ea die.

1536. *Giovanni, figlio del fu Marchese di Premanico per se e per i suoi fratelli, rinuncia ad ogni pretesa verso Giovanni di Premanico e i suoi figli per l'ingiuria commessa da Oberto a uno di questi.* 30 gennaio 1192.

Iohannis de Primanego].

Ante ecclesiam Sancti Laurentii, ea die. Testes Wilielmus Guaracus, Amelius, Marchesius de Volta. Iohannes (1) filius quondam Marchesij de Primanego per se suosque fratres remittit Iohanni de Primanego et filiis eius omne ius et actionem et rationem quod vel quam habet contra eos pro assaltu quem fecit in se Obertus filius Iohannis de Primanego et finem et refutationem omnifariam facit ei (2) et promittit quod de cetero nullum assaltum faciet per se nec per alium pro se contra eum vel filios eius vel aliquem pro eis, et quod nullam litem movebit vel molestiam faciet vel controversiam occasione illius assaltus vel illius iniurie illate sibi. Et si contrafecerit ipse vel aliquis de suis fratribus, penam lib. .xxv. ei stipulanti spondet in suis bonis, que omnia ei pignori obligat, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Iurat etiam ita attendere, et quod nullum assaltum faciet contra eum vel filios eius vel aliquem pro eis, et quod ita tenebit firmum et ratum, et quod contra non veniet per se nec per alium pro se. Et si deficerit in bonis eius quod predicta pena non posset persolvi si decideret in eam, Bertolotus magister promittit pagare lib. .xv., et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit (3) et sua bona pignori obligat.

1537. *Giovanni di Premanico per se e per i suoi figli rinuncia verso Giovanni, figlio del fu Marchese di Premanico, ogni sua pretesa analogamente al doc. 1536.* 30 gennaio 1192.

Iohannis de Primanego].

Iohannes de Primanego per se et per suos filios remittit Iohanni

(1) *Cancellato:* de Primanego.

(2) *In sopravlinea:* et finem et refutationem omnifariam facit ei.

(3) *Cancellato:* sub pena dupli.

filio quondam Marchesii de Primanego omne ius quod habet contra eum (1) occasione discordie quam habebat contra eum occasione assaltus quem fecit Obertus suus filius contra eum, et promittit quod de cetero nullum assaltum faciet ei vel suis fratribus vel contra aliquem pro eis nec molestiam nec iniuriam nec litem movebit occasione illius discordie. Et finem et refutationem omnifariam facit eis omnibusque pro eo. Et sub pena lib. .xxv. stipulata promittit attendere ut supra et contra non venturum abrenuncians iuri omni (2). Et idem Obertus iussu sui patris iurat quod nullum assaltum faciet ei nec suis fratribus nec alicui pro eis occasione predice discordie. Et iurat quod non jactabit se contra eum nec contra aliquem qui fecit assaltum in eum, et quod ita attenderet et quod contra non veniet per se nec alium pro se.

1538. *Buonvasallo di Cartagena e Ogerio, suo fratello, e Ingone promettono che daranno a Bartolomeo Porcello una somma per dote della nipote Ermegina.* 30 gennaio 1192.

Bartholomei Porcelli].

*Promittunt BonusVasallus de Cartagenia et Ogerius frater eius et Ingo (3) se daturos Bartholomeo Porcello lib. .cccxx. pro dote sue neptis Ermagine filie quondam Ottonis sui fratri tradende in uxorem filio Bartholomei Balduino per hos terminos: lib. .xx. (4) cum duceret ipsam a marito, et lib. .cc. ad sanctum Iohannem proximum, et inde ad annum lib. .c., sub pena dupli in suis bonis, que omnia ei stipulanti pignori obligant. Retro a domo eorundem debitorum in curia Ogerii Venti, ea die. Testes Federicus, Wilielmus Porcellus, Amelius, Enricus Gontardus, Wilielmus de Sancto Georgio. Et Ingo lib. .xx. a purificatione sancte Marie ad duos annos.

1539. *Bartolomeo Porcello promette a Buonvasallo e Ogerio di Cartagena e a Ingone, di emancipare il proprio figlio Balduno con tutti i beni che gli perverranno da parte della madre Adalasia.* 30 gennaio 1192.

BoniVasalli et Ogerij et Ingonis].

*Promittit Bartholomeus Porcellus Bonovasallo et Ogerio de Cartagenia et Ingoni (5) emancipare suum filium Balduinum cum

(1) *Cancellato:* et.

(2) *In sopravaria:* abrenuncians iuri omni.

(3) *In sopravaria:* et Ingo.

(4) *Cancellato:* a.

(5) *In sopravaria:* et Ingoni

omnibus bonis que pervenerint ei ex parte sue matris Adalaxie et cum lib. (1) .cccxl. quas est recepturus pro dote neptis eorum tradende in uxorem eidem Balduino (2) ex quo ille Balduinus haberit annos .xxiii. completos, in ordinatione Boni Vasalli et Ogerij, sub pena dupli. Et ita iurat attendere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Ea die et loco et testibus. Et iurat quod faciet finem eidem Ermegine suo fratri Ingoni in laude sui sapii, et si aliquo casu patrimonium divideretur, iurat pagare et reddere predictas libras in denariis.

- 1540.** *Nicola di Rodolfo e Ansaldo, suo figlio, si obbligano di pagare a Guglielmo Fornario, per conto di Ugone Fornario, la dote e l'antifatto di Sofia alla purificazione di Maria. 30 gennaio 1192.*

Hugonis Fornarij].

Promittunt Nicola de Rodulfo et Ansaldus filius eius iussu eius se daturos Wilielmo Fornario recipienti pro Hugone Fornario (3) lib. .c. a purificatione sancte Marie proxima ad annum proximum et alias lib. .c. inde ad annum pro patrimonio Sophie filie eiusdem Hugonis et uxoris quandam Balduini, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Iurant etiam pagare ut supra, nisi quantum remanserit licentia Hugonis Fornarij vel eius certi missi, et si terminum vel terminos et cetera. Et si non pagaverint ut supra, Ansaldus Malocellus et Bonefatius de Volta promittunt pagare predictas libras ad eundem terminum, et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt sub pena dupli, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In ecclesia Sancti Torpetis, ea die. Testes Ansaldus Fornarius, Raimundus de Volta, Nicola Bolleratus.

- 1541.** *Ansaldo Fornario e Guglielmo Fornario, dichiarano a Nicola di Rodolfo e ad Ansaldo, suo figlio, che pagata la somma di cui al doc. 1540, nulla più richiederanno. 30 gennaio 1192.*

[jo. 83 r.] Nicole de Rodulfo] (4).

Pagatis lib. .cc. quas debent pagare Nicola de Rodulfo et An-

(1) *Cancellato:* .lxl.

(2) *Cancellato:* usque dum.

(3) *In sopravlinea:* recipienti pro Hugone Fornario.

(4) *Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

saldus filius eius sicut continetur in carta quam fecit Wilielmus Cassinensis notarius pro patrimonio Sophie filie Hugonis Fornarij, promittunt Ansaldus Fornarius et (1) Wilielmus Fornarius quod exinde Hugo Fornarius nec Sophia filia eius vel aliqua persona pro eis requisitionem faciet vel actionem movebit Nicole de Rodulfo vel heredi eius pro patrimonio Sophie vel occasione patrimonij eius. Et si contrafactum foret et perveniret ad aliquod dampnum Nicola vel suus heres, ipsi promittunt restituere ei totum dampnum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea die et loco et testibus.

1542. *Ansaldo Fornario e Guglielmo Fornario promettono a Raimondo de Volta che compare per conto di Nicola di Rodolfo che nè Ugone Fornario nè sua figlia altro richiederanno de antifacto. 30 gennaio 1192.*

[Nicole de Rodulfo]].

Promittunt Ansaldus Fornarius et Wilielmus Fornarius Raimundo de Volta recipienti pro Nicola de Rodulfo quod Hugo Fornarius nec filia eius Sophia de cetero faciet requisitionem nec actionem movebit per se nec per alium pro se de antifacto vel occasione antifacti quod pervenit eidem Sophie pro Balduino suo marito quondam filio eiusdem Nicole. Et si contrafactum fuerit et perveniret ad aliquod dampnum, totum dampnum promittunt restituire (2) Raimundo stipulanti et recipienti pro Nicola, sub pena dupli de tanto quantum ageretur (3) in suis bonis, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ita tamen faciunt hec ut valeat (4) ut rationes predicti antifacti et antifactum perveniat filiis sive filio (5) eiusdem Sophie et predicti Balduini, et ita si lib. cc. fuerint pagate a Nicola et ab Ansaldo filio eius sicut continetur in carta quam fecit inde Wilielmus Cassinensis notarius pagande pro patrimonio predicta Sophie. Ea die et loco. Testes magister Obertus de Placentia, Obertus revendor de Placentia.

1543. *Alberto da San Pietro de Vaira prende a mutuo una somma da Liculfo. 30 gennaio 1192.*

(1) *Cancellato:* Hugo.

(2) *Cancellato:* A.

(3) *In sopravlinea:* de tanto quantum ageretur

(4) *In sopravlinea:* ut valeat.

(5) *In sopravlinea:* sive filio.

Liculfi].

Confiteatur presbyter Albertus de Sancto Petro de Vaira se ce-
pissem mutuo pro amore a Liculfo sol. .c. pro utilitate ecclesie quos
ei reddere promittit per hos terminos: lib. .iii. ad pasca proximam
et sol. .xl. ad sanctum Martinum proximum, sub pena dupli.
In domo Ingonis Longi, die .ii. exeuntis januarii. Testes Ger-
manus, Marescotus de Placentia.

1544. *Il podestà di Genova Manegoldo condanna Giovanni Grico
a pagare una somma a Oberto Gontardo per la moglie Adala-
sia.* 30 gennaio 1192.

Laus Oberti Gontardi].

Dominus Manegoldus potestas et consul Ianue laudavit ut Ober-
tus Gontardus nomine uxoris sue Adalaxie habeat, teneat, et quiete
possideat tantum in bonis Iohannis Grici (1) filii quondam Butini in
quibus maluerit et ubicumque inveniret (2) que bene valeat lib.
den. jan. .xxxviii., sine omni contradictione eius omniumque pro
eo. Quod ideo fecerat (3) quia cognovit per publicum instrumentum
predictum Iohannem habuisse in societate a prefata Adalaxia lib.
.xliii. et cannas .xii. baldinelle et cincturas .iii. sericas frexatas,
quam baldinellam et quas cincturas prefata Adalaxia iuravit va-
lere sol. .c. cum accomendavit ei. Et ex quibus libris omnibus
predictis de societate sive accomendatione, iamdicta Adalaxia con-
fessa fuit habuisse lib. .x., et remanserunt lib. .xxxviii. pagande.
Et cum etiam cognovisset per laudes prefatum Iohannem per plu-
res vices fuisse citatum, volens suo civi suum ius observare, et
cognoscens in laude quod ipse noluit venire responsorum, lauda-
vit ut supra. In palatio archiepiscopi, ea die.

1545. *Testamento di Pietro della Croce.* 31 gennaio 1192.

Testamentum] (4).

Petrus de Cruce sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib.
.c. ita distributas: decenum operi Sancti Laurentii, operi plebis
de Aguxi lib. .x. vel in compera terre, operi Sancti Ambroxii lib.
.vi., hospitali Sancti Iohannis sol. .xx., hospitali Sancti Stephani
sol. .x., infirmis sol. .x., hospitali de Capite Fari sol. .v., hospi-
tali Sancti Laurentii sol. .v., hospitali de Castello sol. .v., hospi-

(1) Greci (?).

(2) *In sopravaria:* et ubicumque inveniret.

(3) fecit (?).

(4) Cancellato riga per riga dal notaio e in parte di lettura incerta.

tali de Bisanni de Cruciferis sol. .v., et illi de Sancto Fructuoso sol. .v., ponti de Pulcifera sol. .x., Sancto Andree de Porta sol. .x., operi Sancti Stephani (1) de Porta sol. .x., tribus capellis de Aguxi, sol. .v. unicuique, Fandaline sorori Marini lib. .iii., Petro de Veredeto sol. .xl., et Oberto Tachino sol. .xl., et Martino sol. .xl., Burge sol. .xl., filiabus tribus (2) Oberti de Persi lib. .xxx., Minute sue nepti libras (3). Residuum sit pro sepultura et exequis funeris et missis et trentenis et annualibus et pauperibus in distributione sue uxor et Oberti sui nepotis et Petri sui nepotis et Uberti de Aquabona et Petri de Veredeto et Oberti de Aquabona et Wilielmi de Faxapiana. De reliquis suis bonis tribus filiabus Oberti de Persi lib. .xxx., Adalaxie nepti lib. .vi., Sibilie lib. .vi., Aidele lib. .vi., et Aideline filie eius lib. .vi., Anne sorori Minute lib. .vi. De reliquis suis bonis vult ut sua uxor Alandra inter suas dotes et antifactum vel ratione antifacti et inter suas res quas adiungat sive legat habeat lib. .cl. Hec est sua ultima voluntas. In domo testatoris, die ultima januarii. Testes Wilielmus de Faxapiana, Obertus de Aquabona, Iohannes Gastaldus, Obertus de Cruce, Petrus filius quondam Antuli, Petrus de Veredeto. Bonusdeus Sedazarius (4).

Item suis nepotibus Oberto et Petro legat partem suam domus de Clavica et domorum de Sancto Ambroxio officinorum videlicet in quibus laborant ferrarij, ita tamen ut Petrus habeat de aliis suis usque in complementum lib. .c. ad rationem sicut comparavit predictas domos. Filiis Wilielmi de Faxapiana lib. .c. et Donexelle sue nepti domum lignaminis in qua habitat. Set quia de predictis rebus maior pars est super mare, si forte res minuerentur quod non venirent salve, vult ut quisque predictorum habeat minus per libram [fo. 83 v.] (5). Item legat Oberto Pelato scl. .xx., Ansaldo de Veredeto sol. .xx., Urso sol. .xx., Gandulfino sol. .xx. Wilie sol. .xx., Ansaldo Silvono sol. .xx., Petrino suo fratri sol. .xx. Justam sardam facit liberam et precipit ut si hec sua ultima voluntas obtinuerit ut Wilielmus Cassinensis notarius faciat cartam libertatis cum pena lib. .xx. auri et cum omni solemnitate que sit in carta libertatis, et similiter precipit de sarraceno Oliverio si fuerit Christianus. Reliquorum suorum bonorum heredem instituit Obertum suum nepotem. Item adiungat lib. .l. Donexelle sue nepti, et Oberlo de Aquabona sol. .xl. .MCLXXXII., inductione .viii.

(1) *Cancellato*: Andree (?); *in sopralinea non cancellato*: Stephani.

(2) *In sopralinea*: tribus.

(3) *Spazio bianco lasciato dal notaio*.

(4) *In sopralinea*: BonusDeus Sedazarius.

(5) *Nel margine superiore*: In januario.

1546. *Pietro della Croce dà quitanza della dote alla moglie Alan-dra e le costituisce l'antifatto.* 31 gennaio 1192.

Patrimonium Alandre].

Confitetur Petrus de Cruce se habuisse de dote sue uxoris Alan-dre lib. .c., et quietum se clamat et pagatum, abrenuncians excep-tioni non numerate peccunie (1). Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis quod bene valeat lib. .l. ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescri-ptis omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Ea die et loco et testibus.

1547. *Martino di Albaro pagherà a Pagano di Barzato una somma al prossimo carnevale.* 31 gennaio 1192.

Pagani].

Confitetur Martinus de Albaro se daturum Pagano de Barzato lib. .xxxv. ad carnislevamen proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die ultima januarii. Testes Widolotus Lucensis, Ober-tus de Monte.

1548. *Filippo Caito, per ordine del padre, e Ogerio di Cartagena contraggono una societas per traffici a Marsiglia e altrove.* 31 gennaio 1192.

Ogerij de Cartagenia].

Confitetur Philippus Caitus iussu sui patris se portare in socie-tate ab Ogerio de Cartagenia lib. .xviii. et de suis lib. .viii. Marsi-liam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi, bona fide. In re-ditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire et ope-rari bona fide et non defraudare. Et si in sua culpa devastaverit ista, predictas libras et totum dampnum iurat restituere, sub pena dupli in suis bonis, nisi quantum remanserit eius. Testes Bonus Va-sallus de Cartagenia, Bernardus Rubeus. Ante scalam Ogerij eius-dem. Et postea adiunxit Ogerius sol. .xx.

1549. *Pietro Oberto e Pietro del fu Antolo della Croce, costituiscono una societas.* 31 gennaio 1192.

(1) *In sopravlinea:* abrenuncians exceptioni non numerate peccunie.

Petri de Cruce et Oberti et Petri].

Confitentur Petrus de Cruce et Obertus de Cruce et Petrus quondam Antuli de Cruce se habere societatem communiter in qua Petrus de Cruce habet lib. .DCCCCXL. et Obertus lib. .ccc. et Petrus quondam Antuli lib. .DCCCXVII., salvo hoc quod dicunt carte societatis et accomendationis, sicut in eis continetur, et ita quod (1) tocius lucri quod Deus dederit in his predictis, quarta debet esse Ober- ti de Cruce et tres partes per medietatem inter Petrum de Cruce et Petrum nepotem eius. Testes Wilielmus de Faxapiana, Obertus de AquaBona, Petrus de Veredeto. In domo eorundem, ea die.

.MCLXXXIII., indictione .viii.

1550. *Guglielmo da Fontana dà quitanza della dote alla moglie Adelina e le costituisce l'antifatto.* 31 gennaio 1192.

Patrimonium Adeline].

Confitetur Wilielmus de Fontana se habuisse de dote sue uxoris Adiline lib. .x. den. jan., et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat medietatem sue domus in qua habitat ad Predi, extracta camera quam dedit sue filie, ad habendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro his omnibus, omnia bona sua Wilielmo de Turre recipienti pro femina pignori obligat. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Robertus de Lundrex, Iohannes de Lundrex, Ogerius de Cartagenia.

1551. *Guglielmo Starace pagherà una somma a Lamberto Bonalana 15 giorni dopo pasqua.* 31 gennaio 1192.

Lamberti Bonalane].

Confitentur (2) Wilielmus Starax (3) se datus (4) Lamberto Bonalana lib. .xiii. den. jan. ad dies .xv. proximas post pasca proximam, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Wido de PortuVeneri, Wilielmus Rizisom. Et Rubaldus de Plano et Rainaldus de Plano (5) et Rubaldus Lavaninus debitores et pagatores, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In statione Fornariorum, ea die.

(1) *Cancellato*: totum.

(2) *Cancellato*: Rubaldus Lavaninus.

(3) *Cancellato*: Rubaldus de Plano et Rainaldus de Plano.

(4) *Cancellato*: Roberto.

(5) *Cancellato*: debi.

1552. *Filippo di Magazono e Angela coniugi pagheranno a Marino, loro cognato una somma da questo ricevuta in mutuo gratis. 31 gennaio 1192.*

Marini].

Confitentur Philippus de Magazono et Angeles iugales se datus se Marino suo cognato sol. .xxx. quos prestavit gratis usque ad annum sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec consilio Saltari calegarii et Iohannis de Lavania amicorum. Ea die et loco. Testes Iohannes Leonus et consiliatores.

1553. *I consoli di Quarto e di Quinto danno un lodo in favore di Pagana, sorella del fu Gandolfo di Oliva. 31 gennaio 1192.*

Laus Pagane].

Consules de Quarto et de Quinto, Dominicus de Fileto, Grimaldus de Isula, Bonusfans Cairatus, et Wilielmus de Barbarola, laudarunt ut Pagana soror quondam Gandulfi de Oliva habeat, teneat, et quiete possideat in Quinto ubi dicitur Cannetellus petiam unam terre in qua sunt arbores olivarum .III., et est tabule .III. et tertia, et petiam unam in qua est arbor piri una et susenarium .I., ubi dicitur Casale, et est tabule .VI. et quarta, et in eodem loco petiam .I. terre in qua sunt arbores olivarum et glandium, et est tabule .VIII $\frac{1}{2}$., et ad Barcas de Oliva petiam .I. terre in qua sunt arbores ficus .III. et olive, et est tabule .III., et (1) hanc petiam, petiam .I. in qua est vinea et olive .III., et est tabule .III. Que omnia fuerunt Gandulfi de Oliva, et quas omnes petias prefatas cum omnibus superpositis habeat, teneat, et quiete possideat sine omni contradictione heredum Gandulfi omniumque pro eis, pro solutione lib. .V. et sol. .VI. Quod ideo fecerunt quia cum predicta Pagana quererit in bonis quondam Gandulfi predictam quantitatem, ostendens per publicum instrumentum eam quantitatem debere recipere pro dote sua, et cum minores non possent resistere, precepto consulum (2) et predictis terris (3) extimatis a publicis extimatoribus pro predicta quantitate, curantibus pro minoribus Marchesio avo eorum et Bertoloto de Maxerado ex suo officio, laudarunt ut supra. Ante ecclesiam Sancti Laurentii, ea die. Testes Bonus Iohannes notarius de Campo, Iacomus filius Bernardi calegarii, Ogerius filius Cortesi de Arpalaxio, Arnaldus guardaor.

(1) *Cancellato*: pro pecia (1).

(2) *Cancellato*: prefati consules; *in sopravinea*: precepto consulum.

(3) *Cancellato*: fecerunt.

1554. *Aldana, moglie di Villano Vento, e Guglielmo suo figlio, pagheranno una somma a Giacomo di Palma al prossimo carnevale per dote della figlia Adele.* 31 gennaio 1192.

[*fo. 84 r.*] Iacomi de Palma] (1).

Promittunt Aldana uxor Villani Venti et Wilielmus filius eius se datus Iacomo de Palma lib. .c. usque ad carnislevamen proximum pro dote Aidele filie eiusdem Aldane, sub pena dupli in solidum in suis bonis, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Iurant etiam ambo pagare ut supra, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera, et faciunt hec omnia iussu Corsi de Palazolo patris eiusdem Aldane et consilio suorum parentum Helie de Palazolo et Alberti Vesconti. Et si non pagaverint ut supra, Corsus de Palazolo et Rogerius Helie promittunt pagare ut supra, et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavitur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri (2). Et a kalendis madii proximi ad annum similiter lib. .xl. eodem modo per omnia et iurant similiter. Et Corsus et Rogerius Helie et Rubaldus debitores in solidum similiter (3) a termino ad alium annum, et Rubaldus taliter iuravit similiter. Testes Lafrancus Malfiliaster, Enricus Vescontus, et consiliatores. In domo Rogerii Helie, die ultima januarii.

1555. *Ottone Calcherio da Noli e Ogerio da Cartagena contraggono una societas.* 1 febbraio 1192.

Ogerij de Cartagenia]. In februari].

Confitetur Otto Calcherius de Noli (4) se portare in societate ab Ogerio de Cartagenia lib. .cvr. et de suis lib. .lxxii. quo sibi videbitur causa negotiandi, bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eodem lib. .xli. ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. In domo eiusdem Ogerij, (5) in kalendis februarii. Testes Lafrancus afaitaor, Baudo bancherius.

(1) Una linea verticale ondulata in margine collega il secondo paragrafo col primo.

(2) Segno di paragrafo.

(3) Cancellato: et Rubaldus.

(4) In soprolinea: de Noli.

(5) Cancellato: di.

1556. *Guglielmo de Rodes pagherà una somma a Lamberto Bonalane a metà quaresima.* 1 febbraio 1192.

Lamberti Bonalane].

Confitetur Wilielmus de Rodes se daturum Lamberto Bonalane lib. den. jan. .LXI., medietas ad medium .XL. proximam et alia ad octavam pasce proxime (1) sub pena dupli in suis bonis. Testes Wilielmus Rizisom, Peirus mercerius, Salvus tajaor. In botea de Porcellis, ea die.

1557. *Manigoldo da Brescia pagherà una somma a Balduino Gotefredo Campo a metà quaresima.* 1 febbraio 1192.

Balduini].

Confitetur Manegoldus Brixensis se daturum Balduino Gotefredo Campo lib. .v. et den. .m. bonorum imperialium vel lib. .x. et sol. .ii. de bonis terciolis ad medium .XL. proximam, sub pena dupli. In palatio archiepiscopi, ea die. Testes Brixanus iudex, Vasallus maceillarius.

1558. *Leonardo dà quitanza di una somma a sua madre Ricomanne.* 1 febbraio 1192.

Ricomanne].

Confitetur Leonardus filius Ricomanne se recepisse ab ea lib. .x. de bonis paternis, et quietum se clamat ab ea de lib. .x., quibus promittit requisitionem non facturum nec actionem moturum sub pena dupli in suis bonis. Ante domum Ingonis de Volta ad mare. Testes Petrus Amatus, Vitalis Barrilaris. In kalendis februarii.

1559. *Attestazione giurata di Rufino di Canneto.* 1 febbraio 1192.

Rufini] (2).

Ego Rufinus de Canneto iuro quod totum ferrum quod retinuit potestas Pisarum quod fuit ablatum Wilielmo de Alba in bucio Iohannis Grassi est meum proprium, videlicet illa medietas ferri que fuit divisa a ferro Wilielmi de Alba. Et insuper do licentiam Micheli Provintiali iurandi super animam meam quod ita verum est de ferro prefato, quod est meum proprium. Et ut melius creditur et quod patens sit quod ita iuravi et quod hanc licentiam do

(1) *In sottolinea:* pasce proxime.

(2) *Pubblicato in FERRETTO A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, doc. XIV.*

Micheli, per manum publicam scribere iussi. Sub volta Fornario-
rum, ea die. Testes Iohannes cazaor, Vasallus de Bergalio, Rubal-
dus de Modo, Anselmus archerius.

1560. *Oberto Fornario dichiara di aver ricevuto merci varie da Ottone di Franco.* 3 febbraio 1192.

Ottonis de Franco].

Confitetur Obertus Fornarius se cepisse ab Ottone de Franco mantellum .i. varium et .i. ermelini et cultrem .i. et xamitum .i. et tot denarios. Unde ei dare promittit lib. den. jan. .xxxv. ad kalendas martii proximas, sub pena dupli. Iurat etiam ita atten-
dere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera,
ei ita quod lib. .xii $\frac{1}{2}$. sunt ad fortunam Ottonis si fortia facta foret
Oberto de pignoribus. In domo in qua habitat idem Obertus, die
tercia februarii. Testes Widolotus Lucensis, Martinus Beaqua. Mo-
nacus filius eius.

1561. *Manigoldo da Brescia pagherà una somma a Balduino Goto
fredo Campo a metà quaresima.* 3 febbraio 1192.

Balduini].

Confitetur dominus Manegoldus se daturum Balduino Gotefredo Campo sol. .xxxiii. bonorum imperialium, sub pena dupli, ad mediam .xl. proximam. Testes dominus Albertus consul Brixie, Wilielmus Rizisom.

1562. *L'Arcivescovo Bonifacio loca la decima di Bavari a Genoardo Danese.* 3 febbraio 1192.

Locatio archiepiscopi Genoardo] (1).

Dominus archiepiscopus Bonefatius locat Genoardo Daneso totam
decimam de Buali quam habet curia ad habendum, colligendum,
et usufructandum usque ad annos .xvi., et quam locationem pro-
mittit tenere et habere firmam et ratam et ab omni homine defende-
re sub pena lib. .x. stipulata in bonis palatij. Et pena soluta, lo-
catione sit firma. Et ipse promittit colligere et tenere et dare curie an-
nuatim in festo sancti Stefani lib. .iii. nomine conditionis, et sal-
vare et custodire et nullam fraudem adhibere sub pena lib. .x. Pro
pena et conditione bona sua ei pignori obligat, et pena soluta et

(1) Pubblicato in BELGRANO L. T., Documenti riguardanti le proprietà e i diritti della Curia arcivescovile di Genova, Atti della Società Ligure di Storia Patria, Vol. II, p. II, pagg. 46-7 (doc. XLV).

conditione, cadat a iure locationis. In palatio archiepiscopi, ea die. Testes presbyter Hugo, Ingo Pellis, presbyter Raimundus de Rapallo, presbyter Iohannes de Curia, presbyter Iohannes de Sancto Petro de Porta, Mazascus, Iohannes Papa.

1563. *Vitale da Bogliasco e Alda, figlia del fu Balduino di Campo, contraggono una societas per traffici a Marsiglia e altrove. 3 febbraio 1192.*

Alde].

Testes Wilielmus de Monloro, Wilielmus Zocolarius (1). In domo quondam Hugonis Scotti, ea die. Confitetur Vitalis de Bojasco se portare in societate ab Alda filia quondam Balduini de Campo lib. .viii. et de suis sol. .xl. Marsiliam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi bona fide preter Alexandriam (2). In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat ab eadem lib. .v. et sol. .iii. ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem.

1564. *Pietro Pelato da Tortona pagherà una somma a Pietro di Allo, con la garanzia di Giovanni di S. Ursicino. 3 febbraio 1192.*

Petri de Allo] (3).

Confitetur Petrus Pelatus de Terdona se daturum Petro de Allo lib. .xxxvi. jan. in laude vel coria .lxvii., sub pena dupli. Et Iohannes de Sancto Ursicino debitor et pagator, sub pena dupli, ab renuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub porticu Ingonis, ea die. Testes Lantelmus de Placentia, Gallus de Placentia, Marescotus de Placentia, Valdetarius.

1565. *Rolando Calcagno di Asti contrae un pegno con Rufino di Canneto e a Guidotto, tintore. 4 febbraio 1192.*

[*jo. 84 v.*] (4). Rolandi Calcagni et Rufini et Widoti].

Confitetur Rolandus Calcagnus (5) de Ast se portare a Rufino de Canneto et a Widoto tintore nomine pignoris cum misso tamen

(1) Spazio bianco.

(2) In soprallinea: preter Alexandriam.

(3) Pubblicato in FERRETTO A., Documenti Genovesi di Novi e Valle Scrivia (946-1230), doc. 125.

(4) Pubblicato in Rosso G., *op. cit.*, doc. 159. Nel margine superiore: In febbuario.

(5) In soprallinea: Calcagnus.

eorum drapos .vii. de Ipro et de Lisna .i. et scarlatas .iii. brunetas et vermilias .vi. scarlatas et vermilliones .v. et cannas .l. de Mustarolo et scarlatas .ii. brunetas, in Siciliam causa vendendi bona fide cum misso eorum et pagandi se uncias auri de tarino .cxlviii. mundas ab omni dricto. Et superfluum debet recipere missus Rufini et Widoti. Et pignus predictum in tantum quot sunt uncie prediche esse debet ad fortunam Rolandi et aliud ad fortunam Rufini et Widoti. In botea Pignoli, die .mii. februarii. Testes Marche-sius draperius, Oldracus de Papia, Gandulfus de Aqua, Albertus de Lomello. .mclxxxxii., indictione .viii.

1566. *Clerichino, figlio del fu Resino di Lagny, pagherà una somma a Guarnero, maestro, alla purificazione di S. Maria. 4 febbraio 1192.*

Guarnerij, p].

Confitetur Clerichinus filius quondam Resini de Laniaco se daturum Guarnero magistro sol. .xxxvi. ad purificationem sancte Marie proximam, et inde ei pignori obligat Albertinum de Caminata cum tota tenuta quam tenet pro se et cum omni iure quod habet in eo et in rebus quas tenet pro se sub pena dupli stipulata (1), et possessionem ei confitetur se tradidisse. Insuper iurat pagare ut supra vel exinde non impedire pignus prefatum per se nec per alium pro se. Testes Obertus Boletus, Bonus Vasallus de Cartagenia, Obertinus de Bojasco. Ea die, sub volta Fornariorum.

- i
1567. *Anselmo Cacto di Arenzano e Oberto della Croce contraggono una societas per traffici in Marsiglia e altrove. 4 febbraio 1192.*

Oberti de Cruce].

Confitetur (2) Anselmus Cactus de Arenzano se portare in societate ab Oberto de Cruce de societate quam habet cum Petro filio quondam Antuli voluntate Ogerij de Cartagenia presentis cum quo habet societatem lib. .cxii., et de suis lib. .lvi., Marsiliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere in Ianua et cum testibus. In

(1) *In sopravincula*: sub pena dupli stipulata.

(2) *Cancellato*: Ansaldus Ca.

domo Ogerij de Cartagenia, ea die. Testes Wilielmus de Faxapla-na, Obertus Bucutius.

1568. *Anselmo e Ogerio di Cartagena contraggono una societas.*
4 febbraio 1192.

Ogerij de Cartagenia].

Confitetur idem Anselmus se portare ab Ogerio de Cartagenia lib. .cc., et de societate quam habet cum Oberto de Cruce voluntate eius lib. .c., similiter ut supra. Et hec libre cum societate Oberti debent lucrari et expendere per libram. Et in libris .cc. ponit Ogerius petias .m. de scarlatis ad rationem lib. .l. Et si poneretur minus ex eo quod ponerent mussimutini, promittit com plere Ogerius per libram. Et si plus foret, Ogerij ad proprium.

1569. *Anselmo e Guglielmo di Fasapiana e Oberto Bucuzio contraj-gono una societas.* 4 febbraio 1192.

Wilielmi et Oberti Bucutij].

Item a Wilielmo de Faxapiana lib. .xxxvi., et ab Oberto Bucu-zio lib. .xx. de societate quam habet cum Oberto Pelato, ad quartam proficui. Et ab Oberto Pelato lib. .x. ad quartam proficui.

1570. *Gandolfo de Aqua dà quitanza di una somma a Rufino di Canneto.* 4 febbraio 1192.

Rufini de Canneto, m].

*Confitetur Gandulfus de Aqua se recepisse a Rufino de Canneto lib. .lxx., et ex quibus erat obligata Contissa de Arto, et quietum se clamat et pagatum et per se et per Petrum de Rugiasco, et carta que fuit inde sit cassa. Et quibus libris vel occasione earum si requisitio fieret ei vel Contisse vel alicui pro eis a se vel a Petro vel ab aliqua persona, et perveniret ad aliquod dampnum, totum restituere promittit sub pena dupli, abrenuncians iuri omni. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Widotus tinctor, Godoinus la pidarius.

1571. *Testamento di Giulia da Camogli.* 4 febbraio 1192.

Testamentum, p].

Guilia de Camugi soror quondam Oliverij de Pejasco sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib. .m.: decenum operi Sancti Laurentii, residuum pro sepultura et pro exequis funeris et pro missis Sancto Silvestro ubi eligit suam sepulturam. Ter-

ram de Camugi legat sue sorori (1) Anne et eius filiis equaliter. Sue nepti Matelde sol. .xx. Et Sancte Marie de Camugi sol. .x., et quos sol. .xxx. debent dare sibi sui nepotes filij Anne. Sorori Anne pelles brunetas, imparolium et malstram Orestelle et Guilie filie eius. Iupam et recontarium et lebetem parvum Iuxiane. Reliquarum suorum bonorum heredem instituit suum nepotem Hugonem. In domo testatoris, ea die. Testes presbyter Petrus, Bernardus calligarius, Dominicus macellarius, Iohannes sartor, Wilielmus Galianus, Arnaldus clericus de Sancto Silvestro, Opizo sartor.

1572. Orso da Arenzano, Oberto della Cruce, Pietro del fu Antulo, e Oberto di Acquabuona contraggono una societas per traffici in Marsiglia e altrove. 4 febbraio 1192.

Oberti de Cruce et aliorum, p].

Confitetur Ursus de Arenzano se portare in societate ab Oberto de Cruce et a (2) Petro quondam Antuli de societate eorum lib. .XLV., et ab Oberto de Aquabona lib. .XLV., et de suis lib. .XLV., Marsiliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Et ultra societatem portat ab eisdem (3) Oberto et Petro de societate eorum lib. .LXV., (4) et ab Oberto de Aquabona lib. .v., et de rebus Wilielmi Ferrarij lib. .xx., et de rebus Petri Ferrarij et Martini Clerici (5) lib. .xv., et de rebus Bonavide Lavanini lib. .x., et de rebus Iohannis (6) de Rocatajata lib. .x., ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem. In botea Wilielmi Venti, ea die. Testes Wilielmus de Faxapiana, Anselmus Caitus de Arenzano (7). Et de rebus Vasalli Rapallini lib. .xx. ad quartam proficui.

1573. Ugo Papazolla contrae una accomandacio con Guglielmo Rataldo per affari in Castiglia. 4 febbraio 1192.

(1) Cancellato: et eius.

(2) ab cambiato in a.

(3) Cancellato: Pe.

(4) .LXV. cambiato in .LV. (?).

(5) Forse Elene.

(6) Cancellato: nepoti.

(7) Segno di paragrafo.

[Wilielmi Rataldi].

Confitetur Hugo Papazolla se portare in accomendatione a Wilielmo Rataldo lib. .cx. Castellam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide ad quartam proficui. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficum quod Deus dederit cum capitali. Et de suis lib. .cviii., que debent lucrari et expendere per libram, et de quibus suis lib. .c. sunt prestitae (1) Anselmo Garrio ad rationem bis. .mii $\frac{1}{2}$. auri (2) per libram. Testes Bauditio Bojachesus, Wilielmus Bernardus, Baudus filius Wilielmi Adricti, Anselmus Gruata (3). In domo Bauditionis Bojachesi, ea die.

1574. *Ogerio, del fu Lorenzo di S. Damiano, e Guglielmo da Castello, del fu Opizone, contraggono una societas.* 4 febbraio 1192.

[fo. 85 r.] [Wilielmi Belli].

Sub porticu Wilielmi Belli, die .mii. februarii. Testes Rubaldus filius quondam [Am]ici, Rubaldus filius Ansaldi peseor.

Confitetur Ogerius quondam filius Laurentii de Sancto Damiano se portare in societate a Wilielmo de Castello quondam Opizonis lib. .xx. et de suis lib. .x. Marsiliam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi melius. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficum quod Deus dederit aliquo modo cum capitali, ex quo exiverit portum Ianue (4). Et salvo capitali, proficum per medium debet partiri. Et portat ab eodem cannas .ii. viridis pretij sol. .xlvi.

1575. *Robeto Cagnolo pagherà a Landolfo di Setalo una somma alla prossima pasqua.* 4 febbraio 1192.

Landulfi].

Confitetur Robetus Cagnolus se daturum Landulfo de Setalo (5) lib. .xii. et sol. .vi. imperiales pro balla .i. fustanei ad dies .xv. proximas post pasca proximam. Et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat. In curia Gontardorum, ea die. Testes Paganus Turcus, Paganus de Barzato.

(1) *Cancellato:* Va.

(2) *In sottolinea:* auri.

(3) *In sottolinea:* Anselmus Gruata.

(4) *In sopralinea:* ex quo exiverit portum Ianue.

(5) *Setale* (?).

1576. *Oddone Botario dà quitanza di una somma a Vetulo Marino e a Guidone di Arenzano. 4 febbraio 1192.*

Vetuli Marini et Widonis].

Confitetur Oddo Botarius se recepisse a Vetulo Marino et a Widone de Arenzano lib. .v $\frac{1}{2}$., et quietum se clamat. Que sunt de libris .xv. quas prestavit eis pro lib. .xiii $\frac{1}{2}$. ad fortunam maris. Ex quibus libris .v $\frac{1}{2}$., vel occasione earum si de cetero requisitionem faceret vel actionem moveret eis vel alicui pro eis per se vel per alium pro se, et perveniret ad aliquod dampnum ipsi vel eorum heredes, tolum dampnum restituere promittit per se suumque heredem, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Obertus de Cruce Guido de Portu Veneri.

1577. *Filippo Aradelis e Ansaldo Lecavela locano alcuni terreni dell'ospedale di Rivarolo ad Armanno, calzolaio di Bolzaneto. 5 febbraio 1192.*

Locatio Hospitalis de Rivaroli Armanno, .x.].

Philippus Aradelis minister hospitalis de Rivaroli per se suosque successores et Ansaldus Lecavela advocatus eiusdem hospitalis per se suosque heredes locant, dant, et cedunt Armanno calegario de Bolzaneto ad habendum, tenendum, et usufructandum libellario nomine usque ad annos .xxviii. tabulas .vi. terre in Rivaroli iuxta terram illorum de Oria pro faciendo edificio, pro denariis .xv. eo reddente per annum, et dante hospitali medietatem tocius fimi quod fuerit in domo illa. Et similiter locant tabulas .viii. terre ante domum predictam pro faciendo ortum (1) et quod voluerit, reddente eo per annum pro istis tabulis .viii. sol. .viii. Et in capite libelli Philippus per se suosque successores et Ansaldus per se suosque heredes promittunt renovare libellum Armanno eiusque hereditibus in laude sapij eorum, eo adiungente pro unaquaque tabula den. .i. Et ut supra locatores promittunt dimittere et non auferre nec molestiam inferre nec pensionem addere vel aliquam superimpositam facere. Et ab omni homine defendere, sub pena lib. .x. stipulata (2) quisque in solidum, Philippus bona hospitalis et Ansaldus et bona hospitalis et sua pignori obligantes, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et pena soluta, locatio sit firma. Et Armannus per se suosque heredes promittit attendere ut supra et tenere et persolvere, sub pena lib. .x. stipulata in suis bonis et pro pena et (3) pro conditione. Et pena soluta et conditione, cadat a iure li-

(1) *Cancellato*: et quod voluerit.

(2) *Cancellato*: in suis bonis.

(3) *Cancellato*: sorte.

belli. Sub porticu Ansaldi Lecavele, die .v. februarii. Testes Pasca-
lis de Maguzeno, HomoDeus calegarius, Angelotus de Rapallo.

1578. *Guido Elefante e Marchesio, fratelli, si danno reciproca qui-
tanza di beni divisi.* 5 febbraio 1192.

Guidonis et Marchesii].

Confitentur Wido Elephant et Marchesius fratres filij quondam
Fredentionis fecisse divisionem de omnibus suis rebus mobilibus et
habuisse partem suam (1), et quietos se clamant et pagatos ad in-
vicem. Testes BonusSegnorus calegarius, Obertus de Aquabona,
Arzonus de Mari. Sub volta Fornariorum, ea die.

1579. *Gherardo di Ragi, figlio del fu Antolino, dà in dote a Gisla,
figlia di Azzo de Valle, sua sposa la metà di tutti i suoi beni.*
5 febbraio 1192.

Patrimonium Gisle].

Gerardus de Ragi filius quondam Antolini dat et cedit in dotem
Gisle filie Azi de Valle sue sponse medietatem omnium suorum bo-
norum que nunc habet et hinc inde acquirere poterit aliquo modo,
ut ipsa habeat, teneat, et quiete possideat sine omni eius omnium-
que pro eo contradictione. Et inde omnia bona sua habita et ha-
benda (2) Guiberto de Sancto Stephano consanguineo eiusdem Gisle
et recipienti pro ea pignori obligat. Iurat etiam attendere ut supra
et tenere firmum et ratum et contra non venturum per se nec per
alium pro se. Sub volta Fornariorum, die .v. februarii. Testes ma-
gister Obertus Placentinus, Iohannes cutellerius, Oddo nepos Gril-
li de Castello.

1580. *Marchesio da S. Lorenzo, con la volontà dei suoi soci Gio-
vanni Boletto e Guglielmo Agnello, contrae una accomandacio
con Oberto Castagna.* 5 febbraio 1192.

Oberti Castagne].

Confitetur Marchesius de Sancto Laurentio voluntate Iohannis
Boleti et Wilielmi Agnelli presentium cum quibus habet societatem
se portare in accomendatione ab Oberto Castagna lib. .cc. quo sibi
videbitur melius causa negotiandi bona fide ad quartam proficui,
et que debet reverti ad societatem predictorum. In reditu Ianuam
reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum

(1) *In soprallinea:* et habuisse partem suam.

(2) *Cancellato:* ei.

quod Deus dederit cum capitali. Et si sibi videbitur, possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In domo Fulconis Arnaldi, die .v. februarii. Testes Wido Elephant et predicti.

1581. *Gandolfo di Terralba contrae una accomendacio con Porcella.* 7 febbraio 1192.

Porcelle].

* Confitetur Gandulfus de Terra Alba se portare a Porcella in accomendatione lib. .x. et cannas .vi. tele pretii sol. .xv. Alexandria in causa negotiandi, et quo ierit cum Wilielmo TriCapellis, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Set si vellet se partiri a Wilielmo TriCapellis, res daret eidem Wilielmo. In domo Ingonis Longi, die .vii. februarii. Testes Germanus, et idem Wilielmus Marescotus de Placentia.

1582. *Ogerio Galleta, prevosto della chiesa di S. Lorenzo, Ottone, arcidiacono, Agostino arciprete, Guglielmo di Bargagli arciprete ed altri, locano a Oberto di Montelugo e Bianco di Trari e ad altri un territorio.* 10 febbraio 1192.

[*fo. 85 v.*] (1) Locatio Sancti Laurentii].

Dominus prepositus Ogerius Galleta ecclesie Sancti Laurentii et dominus archidiaconus Otto et dominus archipresbyter Augustinus, archipresbyter Wilielmus de Bergilio, presbyter Turdonus, magister Causa, Iordanus et Rusticus diaconi, et Bonus Vasallus Blancus subdiaconus dant et cedunt Oberto de Montelugo et Blanco de Trari et Ogerio filio quondam Helie et Murrvel pro se suisque fratribus et Alberto filio Blanci de Tregazo pro se suoque fratre et Irafardino pro se suisque fratribus et Balduino Caco Insule filio quondam Curti pro se suisque fratribus petiam unam terre in Montelugo sicut dividitur a pasteno Guiberti usque ad fontanam de Valle Cravie, per transuersus ire dividendo usque ad arcum de Vacaria, recolligendo cuneos mortuos omnes usque ad arcum mezanam de costa de Curti, dividendo costam versando aquam versus pastenum de Pilo Lupi usque ad stratam publicam quo tendit (2) per costam taliter quod ipsi debent pastenare totam predictam terram positam infra dictas coherentes de arboribus domesticis de castaneis

(1) *Nel margine superiore:* In februario

(2) *In sopralinea:* tendit; cancellato; vadit.

usque ad annos .xv. et dare usque tunc den. .vii., quisque eorum den. .i., (1) annuatim in sancto Stephano, et quintum blave que fuerit in terra illa. Et exinde a .xv. annis insuper locant eisdem predictam terram pastenatam in perpetuum ad habendum et tenendum et usufructandum, ipsi et eorum heredes nati ex legitimo coniugio, et ita quod si hereditas alicuius (2) predictorum vel heredum perveniret in feminam, quod femina non acciperet in maritum servum nec comandum nec arimannum, et ita quod exinde a .xv. annis insuper anuatim debent dare ecclesie Sancti Laurentii per se suosque heredes medietatem tocius fructus provenientis ex illa terra, proprietate tocius predicte terre semper remanente ecclesie Sancti Laurentii, et dare annuatim similiter predictos den. .vii. Et ut supra promittunt attendere (3) et pastenare et persolvere conditio nem, et salvare et custodire et bonificare bona fide et nullam diminutionem de predicta terra facere, et nullam fraudem adhibere, et per omnia observare (4) per se suosque heredes, ut supradictum est, et contra non venturos, sub pena lib. .xx. stipulata, et quisque eorum, et quisque eorum (5) pro se et pro suis fratribus ut supradictum est omnia bona sua habita et habenda preposito stipulanti pro eccllesia pro pena et pro conditione pignori obligant, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Et soluta pena et conditione, si contra venerint vel non attenderint ut supra vel aliquis eorum, cadant vel cadat a iure libelli sive locationis vel pasteni. Et predicti locatores per se suosque successores promittunt dimittere ut supra et non auferre nec molestiam facere vel aliquam superimpositam, nec conditioni aliquid addere, et ab omni homine defendere, sub pena lib. .xx. stipulata ab uno quoque predictorum. Pro pena vero bona ecclesie eis pignori obligant. Et pena soluta, pactum maneat ratum ut supra. In canonica Sancti Laurentii, die .x. februarii. Testes Gerardus de Vicedomino, Stephanus de Zineste, Wilielmus diaconus Sancti Ambroxii, Guisus de Livagi, Ropertus Monacus de Calasco, Iordanus de Nervi.

.MCLXXXII., indictione .viii.

1583. *Grillo, pagherà una somma a Bergunzo Guaitamac alla prosima pasqua. 11 febbraio 1192.*

(1) *Cancellato*: et quintum b.

(2) *Cancellato*: eorum.

(3) *Cancellato*: ita.

(4) *Cancellato*: et contra non venturos.

(5) *Sic*.

Berguntij].

Confitetur Grillus se daturum Berguntio Guaitamac lib. .xviii. ad pasca proximam, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Suzus Bonus. Sub volta Fornariorum, die .xi. februarii.

1584. *Ruggero da Nervi pagherà una somma a Oberto Salico al 1º giugno. 11 febbraio 1192.*

Oberti Salici].

Confitetur Rogerius de Nervi se daturum Oberto Salico lib. .iii. ad kalendas junij proximi, sub pena dupli. Testes Benedictus tornaor, Daniel tornaor, Marescotus de Placentia. Sub porticu Ingonis Longi, ea die.

1585. *Rufo di Canneto pagherà una somma a Oberto di Soler per certi drappi all'ottava di pasqua. 12 febbraio 1192.*

Oberti de Soler] (1).

Confitetur Rufus de Canneto se comperasse ab Oberto de Soler drapos .x. de lisna, unde ei dare promittit lib. den. jan. .lxxx. ad octavam pasce proxime. Possessionem quorum draporum Obertus retinet in se, sub pena dupli. Et quos drapos Widotus tintor confitetur habere ab Oberto (2) tali pacto ut si non fuerit pagatus Obertus ut supra, promittit dare Oberto eosdem drapos Oberto tintos et sine expensis Oberti, vel pagare, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .xii. februarii. Testes Odonus de Melazo, Manfredus Guercius, Rubaldus de Modo.

1586. *Rufino di Canneto pagherà una somma a Tebaldo Reverzolo per certi drappi a pasqua. 12 febbraio 1192.*

Tebaldi Reverzoli] (3).

Confitetur Rufinus de Canneto se cepisse a Tebaldo Reverzolo drapos .viii. de Dicamuda, unde ei dare promittit lib. den. jan. .lx. ad pasca, sub pena dupli. Et possessionem quorum draporum Tebaldus confitetur retinuisse in se, voluntate Rufini. Et quos drapos Widotus et Pinellus tintor confitentur habere a Tebaldo, tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra, promittunt ei reddere et dare predictos

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 160.

(2) Cancellato: ita.

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 161.

drapos tinctos sine expensis Tebaldi, vel pagare, et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea die et loco, Testes magister Obertus notarius, magister Obertus Placentinus, Manfredus Guercius.

1587. *Rufino di Canneto pagherà una somma a Enrico Alfer e a Gerardo Bocca de Verrubio a metà Aprile per certe stoffe.* 12 febbraio 1192.

[fo. 86 r.] Enrici Alfer et Gerardi] (1).

Promittit Rufinus de Canneto se daturum Enrico Alfer et Gerardo Bocca de Verrubio lib. den. jan. .cXLII $\frac{1}{2}$. ad medium aprilem proximum pro blavis .xiii. de Ipra, sub pena dupli. Ita tamen quod ipsi debent retinere in se possessionem de predictis drapis, et ita etiam quod debent dare sex ex illis Pinello tinctori ad tingendum. Et illis tinctis et reductis et (2) redditis (3) creditoribus, creditores promittunt dare et similiter alios .vii. ad tingendum. Et illis tinctis, promittit Pinellus dare eis tinctos et sine expensis eorum. Et de omnibus istis drapis tingendis et reddendis eis proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et ipsi si non fuerint pagati ad terminum, sua auctoritate et sine decreto magistratus vendant vel impignorent tot de paninis ut sint quieti de suo pagamento, et superfluum reddant Rufino. Sub volta Fornariorum, die .xii. februarii. Testes Manfredus Guercius, Obertus de Dondola, Ogerius Testo.

1588. *Oberto di Batifol e Enrico Grent di Ceva vendono una schiava a Guglielmo Fornario di Chiavica.* 12 febbraio 1192.

Wilielmi Fornarij] (4).

Obertus de Batifol et Enricus Grent de Ceva vendunt Wilielmo Fornario de Clavica (5) ancillam .i. Roaxiam nomine pro ancilla non furata nec ablata, ut alienam rem pro Iohanne presbytero de Batifol et mandato eius, pretio lib. (6) .vii. minus sol. .v., et quietos se clamant et pagatos, et possessionem cum dominio ei confi-

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 162.

(2) Cancellato: d.

(3) Cancellato: eis.

(4) Pubblicato in FERRETTI A., Documenti intorno alle relazioni fra Alba e Genova, doc. XV.

(5) In soprallinea: de Clavica.

(6) In soprallinea: lib.

tentur se tradidisse, ut de cetero faciat proprio iure. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et si non defenserint ut supra, vel impediretur a (1) Iohanne presbytero vel ab aliqua demum persona, Rubaldus Enganna Major de Albengana promittit defendere, et proprium et principalem defensorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea die et loco. Testes Ogerius Zarela, Bernardus Rubeus, Florentinus revendor.

1589. *Pasio da Lucca pagherà una somma a Godescalco Vitello a metà quaresima.* 13 febbraio 1192.

Godescalchi].

Confitetur Paxius de Luca se daturum Godescalco Vitello lib. .xxviii. et sol. .vi. ad medium .xl. proximam, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .xiii. februarii. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Ingo nepos eius, Wilielmus Rizisom.

1590. *Manfredo Groia pagherà una somma a Lorenzo di Benedetto di Paolo di Atria da Roma.* 13 febbraio 1192.

Laurentij de Roma].

Confitetur Manfredus Groja se daturum Laurentio de Benedicto Pauli de Atria de Roma lib. .lxviii. den. jan. a dominica proxima ad dies .xv. proximas, sub pena sol. .c. stipulata. Ea die et loco. Testes Ogerius de Cartagenia, Ingo nepos eius.

1591. *Enrico Papalardo, console di Savona, pagherà una somma a Pietro de Porta a metà agosto.* 13 febbraio 1192.

Petri de Porta].

Confitetur Enricus Papalardus consul Sagone se daturum Petro de Porta lib. .lxxxviii. pro pipere ad medium augustum proximum, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra, et iurat quod habet in mandatum a suis sociis consulibus quod iuret super animas (2) eorum quod ipsi pagabunt ut supra ita iurat super animas eorum (3), nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et Enricus Detesalus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo

(1) *Cancellato*: presbytero.

(2) *animam cambiato in animas*.

(3) *In sopravlinea*: ita iurat super animas eorum.

conveniri et omni iuri et auxilio et capitulo. Sub porticu Balduini Guertij, ea die. Testes Otto Farmaus, Gastaldus censarius, Silus de Donnabulferia.

1592. *Testamento di Isabella, moglie di Oberto Fornario.* 13 febbraio 1192.

Testamentum].

Isabella uxor Oberti Fornarij iudicat pro anima sua sol. .xx. hospitale de Cruciferis pro sua sepultura, et sol. .i. Sancto Torpeti, sol. .ii. Sancto Georgio, sol. .iii. Sancto Silo, Sancto Ambroxio sol. .ii. (1) et decenum ex his (2) operi Sancti Laurentii. Reliqua sua bona legat Oberto Fornario ad habendum et usufructandum in vita sua, set si reverteretur ad hospitale de Bisanni pro habitare, daret quod haberet de rebus suis pro anima sua et sui mariti ei suorum parentum. Hec est sua ultima voluntas. Testes Vasallus calderarius (3), Tiberius, Petrus tinctor, Gandulfus nepos Petri Clerici de Mercato, Salvus de Sancto Torpete. In domo Sancti Torpetis, ea die.

1593. *Ido Stancone dà quitanza a Cortese di Bernate di una somma.* 13 febbraio 1192.

Cortesi].

Confitetur Ido Stanconus se cepisse a Corteso de Bernate de Mediolano lib. .xiii., et quietum se clamat, et ex quibus erat obligatus Ido. Ex quibus si requisitio fieret vel actio moveretur ei ab aliqua persona et perveniret ad aliquod dampnum, totum restituere promittit, sub pena dupli. Et confitetur ita se iurasse attendere. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Wido tornaor, Jordanus notarius.

1594. *Rufino di Canneto, Guidotto, tintore, e Pinello, tintore, pagheranno una somma a Sorlion Deladato a pasqua.* 13 febbraio 1192.

Sorlionis].

Testes Ogerius de Cartagenia, Wido tornaor, Gandulfus barberius. Ea die et loco. Bernardus Campiu. Confitentur Rufinus de Canneto et Widotus tinctor et Pinellus tinctor se daturos Sorlion

(1) *Cancellato:* et den. .xxviii. pro.

(2) *In sopravlinea:* ex his.

(3) *Cancellato:* ferrarius; *in sopravlinea:* calderarius.

Deladato lib. .xxvi. ad pasca proximam, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri.

1595. *Guglielmo, adobaor, e Maria, coniugi, pagheranno una somma a Lombarda a pentecoste. 15 febbraio 1192.*

Lombarde].

Confitentur Wilielmus adobaor et Maria iugales se datus Lombarde sol. .cx. ad pentecosten proximam, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Iurat eiam Wilielmus super animam suam et uxoris pagare ut supra nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et facit hec consilio Ottonis de Langasco et Grilli amicorum. Testes Wilielmus Pontius et consiliatores. In domo in qua habitat Wilielmus Pontius, die .xv. februarii.

1596. *Guglielmo da Canneto pagherà una somma a Enrico Cujono, metà a quaresima e metà all'ottava di pasqua. 15 febbraio 1192.*

Enrici Cujoni].

Confitetur Wilielmus de Canneto se daturum Enrico Cujono lib. .xlv., medietatem ad medium .xl. proximam, et aliam ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Bellengerius de Narbona, Baudus bancherius. Sub volta Fornariorum, ea die. Pro ballis .ii. fustanei.

1597. *Ugo di S. Giorgio di Langasco affida suo figlio Vasallo a Guglielmo de Canneto causa serviendi, per undici anni. 16 febbraio 1192.*

[fo. 86 v.] (1). *Wilielmi de Canneto*.

Hugo de Sancto Georgio de Langasco dat et cedit Vasallum suum filium (2) Wilielmo de Canneto ad standum cum eo usque ad annos .xi. causa serviendi ei et in botea et extra boteam et in mari et in terra de omnibus serviciis que sciat facere et possit facere. Et si ita non attenderit, penam lib. .xxv. ei (3) dare promittit in suis bonis. Et si dampnum faceret, totum dampnum promittit restituere, sub pena dupli. Et ita iurat attendere nisi quantum re-

(1) *Nel margine superiore:* In februario.

(2) *Cancelato:* ad stan.

(3) *Cancelato:* stipulanti pignori obligat.

manserit licentia eius. Et iurat quod dabit operam bona fide ut Vasallus attendat ut supra. Et cum placuerit Wilielmo, iurat quod dabit operam bona fide ut iuret Vasallus attendere ut supra et salvare et custodire res Wilielmi bona fide. Testes Otto de Langasco, Bertolotus nepos eius, Iohannes de Costa. In domo in qua habitat idem Wilielmus, die (1) .xvi. februarii. .MCLXXXII., indictione .viii.

1598. *Gherardo, del fu Guato di Pomar, e Alamanna, coniugi, prendono a mutuo una somma da Giovanni Tagliaborsa. 16 febbraio 1192.*

Iohannis Tajaburse].

Confitentur Gerardus filius quondam Guati de Pomar et Alamanna iugales se cepisse mutuo a Iohanne Tajabursa lib. .iii $\frac{1}{2}$, quas ei reddere promittunt ad annum unum et dimidium. Et inde ei pignori obligant vineam quam habent in Pomar et reliqua bona sua habita et habenda, sub pena dupli, ita tamen ut (2) usque quo fuerit pagatus de predictis denariis, dant ei et cedunt medietatem tocius fructus predicte vinee. Et quisque obligat se et sua in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani, et omni iuri. Et facit hec omnia consilio Wilielmi Smirigij et Wilielmoti Cirioli amicorum. Sub porticu eiusdem Wilielmoti, ea die. Testis Lafrancus Malfiliaster.

1599. *Giovanni Rango di Sestri Levante, dà quitanza della dote della moglie Sibilia e le costituisce l'antifatto. 17 febbraio 1192.*

Patrimonium Sibilie].

Confitetur Iohannes Rangus de Sejestri se habuisse de dote sue uxoris Sibilie lib. .xviii., et quietum se clamat et pagatum. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .xviii. ad habendum et faciendum et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Et alia carta quam fecit ei de dote lib. .xxviii. sit cassa et vacua, voluntate eiusdem Sibilie que cassat eam consilio suorum amicorum Ogerij guardaor et Wilielmi guardaor, abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. In

(1) Cancellato: .xv.

(2) Cancellato: si.

domo Wilielmi Malfiliastri, die .xvii. februarii. Testes Wilielmus de Sancto Georgio et consiliatores.

1600. *Casalia di Soziglia e Oberto Laboraben contraggono una societas per traffici in Sardegna e altrove.* 17 febbraio 1192.

Oberti Laboraben].

Confitetur Cazalia de Sosilia se portare in societate ab Oberto Laboraben lib. .l. et de suis lib. .xxv. in Sardiniam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit sibi aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue (1) cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. Sub porticu Ingonis Longi, ea die. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Petrus Ottonus. Et Wilielmus de Sexto magister lib. .l. ab eodem, et de suis lib. .xxv., similiter.

1601. *Donazione a causa di morte di Guilia.* 18 febbraio 1192.

Donatio causa mortis Guilie].

Guilia donationem causa mortis facit Aideline de Culcitra .i. et matalafo .i. et de coopertoria .i. et barracamo .i. et duas beas (2) et de duobus linteolis et sospitali cum omnibus que sunt intus preter denarios, Alde Pedicule linteolum .i. et ampiulam et lebetem, Sophie de Alcherio pelles de marturo et lebetem .i. et vellatam parvam, Abbatisse lectum, et coopertorium, et cuxinum, et sacconem, et ramarolum, Gisle sue servienti medium coopertorium et omnia sua indumenta. Unicuique monacorum Sancti Thome den. .xii. In domo Sancti Thome, die .xviii. februarii. Testes Iacominus qui stat cum Wilielmo de Castello, presbyter Wilielmus de Sancto Thoma, Bertolotus ferrarius, Wilielmus Provintialis, Obertus Botarius, et Petrus Bergognonus (3). Cultram suo filio Opizoni. Vellatam de Razolo suo filio Wilielmo, Guile Zouche cassiam .i. Die .xviii. februarii.

Hac die fuit carnislevamen (4).

1602. *Ogerio di S. Donato, figlio del fu Lanfranco Guardaor, vendice terre in Sorbolo a Gandolfo Modio.* 19 febbraio 1192.

(1) Cancellato: et s; in soprallinea: aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue.

(2) In soprallinea: et duas boas.

(3) In soprallinea: et Petrus Bergognonus.

(4) Sotto il documento, in lettere grandi.

Gandulfi Modij].

Ogerius de Sancto Donato filius quondam Lafranci Guardaor vendit Gandulfo Modio quartam (1) petiam .i. terre in Sorbulo (2) in ora que dicitur Cannaletum et quam habet pro indiviso cum suis fratribus. Et est superius via publica, et inferius, a latere terra emptoris (3), a quarta terra emptoris et canonicorum Sancti Laurentii. Et quartam petie que dicitur Castagnedelus, et est superius via publica, inferius terra BoniVasalli Cigale et consortium, a latere terra emptoris et consortium, a quarta terra Rubaldi Guertij et consortium. Et quartam petie de valle de (4) Costajola, inferius via publica, superius costa, et a latere, a quarta terra BoniVasalli Cigale et consortium. Et totam partem suam bosci de valle. Et hec omnia habet pro indiviso cum suis fratribus. Et hec omnia ut supra et totum quod poterit invenire per eum sibi pervenisse ex parte sue matris in Sorbula (5) cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu vendit pretio sol. .xl., et quietum se clamat. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. In ecclesia Sancti Laurentii, die .xviii. februarii. Testes Ogerius molinarius de Mazolanego, Wilielmus de Pinu, Armannus de Stropa revendor draporum, Obertus Fornarius.

1603. *Oberto di Molinello, Amico di Forno, Balduino Scoto, consoli di Sestri Ponente, danno garanzia sui loro beni per somme che tengono dell'erede di Rogerio de Campidellis. 19 febbraio 1192.*

Confitentur Obertus de Molinello et Amicus de Furno et Baldinus Scotus consules de Sexto se habere sol. .xl. de rebus heredis Rogerij de Campidellis ad tenendum pro comuni. Et Obertus idem pro se sol. .xx. Et Baldinus pro se sol. .xl. Et Obertus de Merlo sol. .xl. de rebus eiusdem heredis ad tenendum usque ad kalendas februarii proximi. Quas libras omnes promittunt facere salvas

(1) *In sopralinea*: quartam.

(2) Sarbulo (?).

(3) *Cancellato*: Ottonis Balbi; *in sopralinea*: emptoris.

(4) *In sopralinea*: valle de.

(5) *In sopralinea*: in Sorbula.

in suis bonis, et pro quibus omnia bona sua pignori obligant Gherardo Grasso recipienti pro minore, et dare pro libra sol. .iii. de lucro, et sub pena dupli. Testes Ido Caldinus, Wilielmus de Sancto Georgio. Sub volta Fornariorum, ea die.

1604. *Testamento di Gisla di Castello. 19 febbraio 1192.*

[*fo. 87 r.*]. *Testamentum*].

Gisla de Castello sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib. .xxiiii., decenum operi Sancti Laurentii, Agneti lib. .x., residuum pro sepultura et pro missis (1). Sancto Nicoloso de Capite Montis eliget suam sepulturam. Bonete pelles virides et sol. .x. Reliquorum suorum bonorum heredes instituit equaliter suos filios (2) Bonum Vasallum et Ingonem et Ansaldum et Wilielmum. Et ultra hec vult ut Bonus Vasallus habeat lib. .xl. quas traxit de domo Boni Vasalli Zaritole pro antifacto, ita tamen quod sol. .xxx. computantur in lib. .xxiiii. Hec est ultima sua voluntas. In domo heredum (3) Ogerii de Castello, die .xviii. februarij. Testes presbyter Petrus de Sancto Silvestro, Wilielmus Ferrandus, Wilielmus de Bombel, et Iacomus (4) frater eius, Marchesius filaor, Vasallus de Hospitali de Sancta Cruce (5).

Item predicta Gisla altera die eisdem testibus adiunxit quod vult ut filij quos substulit ab Ogerio habeant omnes rationes et actiones quas habet super suo cognato Ansaldo et super herede Matafasi occasione lib. .xii. quas debebant dare per annum pro sua pasta.

1605. *Giacomo di Palmo dà quitanza della dote della moglie Adele e le costituisce l'antifatto. 19 febbraio 1192.*

Patrimonium Aidele].

Confitetur Iacomus de Palmo se recepisse de dote sue uxoris Adele lib. .lxxxx. ab Aldona sua socera et a Wilielmo suo cognato, et quietum se clamat, et inde sua bona habita et habenda ei pignori obligat. In domo Villani Venti, ea die. Testes Pascalis Vescontus, Iohannes Nobilis, Fulco de Rivaroli. (6) Et donationem

(1) *In sopravvista*: et pro missis.

(2) *In sopravvista*: suos filios.

(3) *In sopravvista*: heredum.

(4) *Cancellato*: Vasallus; *in sopravvista*: Iacomus.

(5) *Dopo il documento seguente, il notaio continua*: item predicta Gisla. Egli indica la relazione fra i due documenti con una linea in margine.

(6) *Segno di paragrafo*.

propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .c. ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum, pro more et consuetudine civitatis Ianue, et sua bona pignori obligat Aldane recipienti pro filia.

1606. *Guglielmo Zetapane, Oberto de Monte, Rubaldo di Modo, Giordano de Mari contraggono una societas per traffici in Marsiglia e altrove.* 20 febbraio 1192.

Oberti de Monte et Rubaldi et Iordanii].

Confitetur Wilielmus Zetapanis se habere in societate ab Oberto de Monte sol. .c., et a Rubaldo de Modo sol. .c., et a Iordano de Mari lib. .iii. et sol. .v., et de suis lib. .vi. et sol. .xii $\frac{1}{2}$. Quam societatem voluntate eorum Vivaldus filius eiusdem Wilielmi et Wilielmus frater eiusdem Wilielmi debent portare Marsiliam et quo voluerint causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam promittit idem Wilielmus quod ipsi reducent in potestate eorum vel certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et si ita non attenderint vel in sua culpa devastaverint, idem Wilielmus totum dampnum et predictas libras eis restituere promittit in suis bonis, que omnia eis pignori obligat abrenuncians iuri quo cavetur (1), sub pena dupli. Testes Ugo ferrarius, Otto de Langasco, Rubeus censarius. Sub volta Fornariorum, die .xx. februarii.

1607. *Enrico Cuione, e Guidone Cuione pagheranno una somma a Ugone Mallone alla domenica delle palme.* 22 febbraio 1192.

Hugonis Malloni].

Confitentur Enricus Cujonus et Widonus Cujonus se datus Hu-
goni Mallono pro bombace (2) lib. .xliii. et sol. .xiii $\frac{1}{2}$. in ramis
olivarum proximis, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri
solidi et omni iuri. Testes Wilielmus Mallonus, Restufatus censa-
rius. Sub volta Fornariorum, die .xxii. februarii.

1608. *Ogerio di Baiamonte e Beldie sua sorella vendono alcuni terreni a Delovosso da Nervi e a Giovanni figlio di Enrico da Nervi.* 22 febbraio 1192.

Delovossi et Iohannis de Nervi].

Ogerius de Bajamonte vendit Delovosso de Nervi et Iohanni filio

(1) Cancellato: Testes; in sottolinea: abrenuncians iuri quo cavetur.

(2) In sopralinea: pro bombace.

Enrici de Nervi terciam partem de tribus quintis minus tercia quam habet in castagno de Cavanna Pendula. Et idem Ogerius et Beldies soror sua, tutores testamentarij heredum Nicole de Bajamonte, vendunt eisdem aliam terciam de eisdem tribus quintis minus tercia in eodem castagno ut alienam rem pro predictis minoribus pretio sol. .lxvii., et de pretio clamant se quietos et pagatos. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt, et possessionem cum dominio eis confitentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerint. Ab omni homine et a minoribus (1) defendere promittunt, sub pena dupli. Et pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda eis pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Sub porticu Fredentionis Gontardi, ea die. Testes Ogerius Cavaruncus, Albertonus de Nervi, Wilielmus de Foja (2).

1609. *Ogerio Galleta, prevosto della chiesa di S. Lorenzo, con altri vende a Guglielmo e a Guiso da Cultura alcuni terreni. 22 febbraio 1192.*

Guillelmi et Guisi, p.].

Testes Rainaldus Clericus de Callignano, Bertramus canavarius Sancti Laurentii, Iohannes Papa, Obertus subdiaconus, Wilielmus de Arcu, presbyter Ogerius de Sancto Ambroxio. In canonica Sancti Laurentii, die .xxii. februarii. Dominus prepositus Ogerius Galleta ecclesie Sancti Laurentii et archidiaconus Otto et archipresbyter Augustinus et archipresbyter Wilielmus de Bergalio, presbyter Terdanus, magister Causa, presbyter Hugo, Iordanus et Rusticus diaconi, Bonus Vasallus subdiaconus vendunt Guilielmo et Guiso de Cultura pro se et pro fratre suo Balduino petiam terre quam videntur habere et possidere in Levi in ora que dicitur Cultura, cui coheret superius et inferius via publica, a latere terra emptorum, ab alio terra filiorum Bonbelloni et emptorum. Et vendunt totum quod habent et videntur habere et possidere in Macca, et quod per eos poterunt invenire in Macca, et quod de Macca tenebat Armannus de Majolo, et unde reddebat sol. .v. annuatim. Et ut supra vendunt eis cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo pretio lib. den. jan. .xxxv., et quietos se

(1) *In sopravlinea:* et a minoribus

(2) Feja (†).

clamat et pagatos. Et quod plus valet titulo emptionis et donatio-
nis inter vivos eis cedunt et possessionem cum dominio eis confi-
tentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid
voluerint. Ab omni homine per se suosque successores eis eorum-
que heredibus defendere et auctorizare promittunt sub pena dupli.
Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona (1)
ecclesie eis stipulantibus pignori obligant sicut pro tempore va-
luerint hec vendita. Et pro censu confitentur se recepisse ab eis
soi. .viii. et den. .iii., et quietos se clamant et pagatos usque in
annos .c. Et predictas libras confitentur expendere in compara
quam fecerunt in Vulturi de terra que fuit Wilielmi Gatti (2). Et
non debet reddi nisi licentia prepositi.

1610. *Guglielmo e Guiso da Cultura pagheranno una somma al
prevosto di San Lorenzo parte a pasqua e parte a natale per
il prezzo della vendita di cui al n. 1609. 22 febbraio 1192.*

Canoniconum Sancti Laurentii] (3).

Promittunt Guilielmus et Guisus de Cultura se datus prepo-
sito lib. .iiii. et sol. .xviii. et den. .iiii. ad pasca proximam et lib.
.xvii $\frac{1}{2}$. ad Domini natale proximum, sub pena dupli in solidum,
abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, pro terra quam compara-
verunt a canonicis. Et Astulfus de Levi debitor et pagator, sub
pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem
primo conveniri. Ea die et loco et testibus.

1611. *Ottone da Sestri Levante e Guglielmo da Canneto contrag-
gono una societas per affari in Sardegna. 22 febbraio 1192.*

[fo. 87 v.] (4). *Wilielmi de Canneto*.

Confitetur Otto de Sejestri se portare in societate a Wilielmo de
Canneto lib. .c. et de suis lib. .L. in Sardiniam et quo voluerit
et sibi videbitur causa negotiandi bona fide. In reditu Ianuam re-
ducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum
quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum
capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et
super societatem portat de suis lib. .vini. et sol. .v., que debent
lucrari et expendere per libram. Et possit mittere ei in Ianua et
cum testibus. In domo in qua habitat idem Wilielmus, die .xxii.
februarii. Testes Iohannes Leonus, Otto de Langasco.

(1) *Cancellato*: sua ha.

(2) *Segno di paragrafo*.

(3) *Il documento è cancellato riga per riga dal notaio*.

(4) *Nel margine superiore*: In februario.

1612. *I medesimi contraggono una accomendacio con Guidone Bergognono. 22 febbraio 1192.*

Guidonis].

Et a Widone Bergognono lib. .XL. ad quartam proficui, similiter. .MCLXXXII., indictione .VIII.

1613. *Gualfredo de Porta di Asti pagherà una somma a Pietro Bianco. 22 febbraio 1192.*

Petri Blanci] (1).

Confitetur Gualfredus de Porta de Ast se daturum Petro Blanco lib. .LXXII. (2) per totum aprilem proximum, sub pena dupli, et Belardus Benedictus debitor et pagator, sub pena dupli abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub porticu Ingonis Longi, ea die. Testes Otto de Langasco, Iohannes cazaor, Belardus de Castello.

1614. *Belardo Belardungo pagherà una somma a Oberto di Soler e a Bozo di Soler, tre settimane dopo pasqua, o alla fiera di Provins, con la garanzia di Belardo Cujalda e Guala di Rugiasco. 23 febbraio 1192.*

Oberti de Soler et Bozi] (3).

Confitetur Belardus Belardungus se daturum Oberto de Soler et Bozo de Soler lib. den. jan. .cccxx. ad tres septimanas proximas post pasca. Et si tunc non pagaverit, in proxima feria de majo de Pruins dare promittit pro (4) quibuslibet den. .xv $\frac{1}{2}$., previdixes .xii. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittit pro sol. .XLVII. marcam argenti boni. Et expensas et dampnum et mutuum restituere in verbo creditorum. Et similiter pagare promittit, et sua bona pignori obligat. Et Belardus Cujalda et Guala de Rugiasco debitores et pagatores, et sua bona pignori obligant in solidum (5), abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et iuri solidi (6) et omni iuri. Set si Belardus voluerit eis dare caregas .III. piperis sicut valuerit in Ianua et censarii Ianue dicent, debebunt recipere in pagamentum sicut ascendet. Testes Enricus Alfer, Rolandinus de Soler. Sub volta Fornariorum, die .VII. exeuntis februarii.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 163.

(2) Cancellato: ad k.

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 164.

(4) Cancellato: quolibet solidio.

(5) In sopravlinea: in solidum.

(6) In sopravlinea: et iuri solidi.

1615. *Guglielmo di Giusta dà quitanza a Marino Dalmazzo di una somma. 23 febbraio 1192.*

Marini Dalmatij].

Confitentur Wilielmus de Iusta se recepisse a Marino Dalmatio bisantios .cxii. sarracenes quos recepit pro eo ab Enrico de Camadino Ultramare. Et confitetur se recepisse ab eodem tarinos .xcxxv. quos Marinus habuit in accomendatione a Wilielmo apud Messinas cum idem Marinus ivit Ultramare in nave Widonis de Laude. Et ex his omnibus et de proficuo et de capitali idem Wilielmus clamat se quietum et pagatum ab eo. Ea die et loco. Testes Suzus Bonus, Oddonus de Melazo, Wilielmus Gallus, Vivaldus de PortuVeneri.

1616. *Filippo Aradel, ministro dell'ospedale di Rivarolo, e Ansaldo Lecavela, avvocato dello stesso ospedale, vendono un terreno a Ogerio Treste, macellaio di Soziglia. 24 febbraio 1192.*

Ogerij TriumTestarum].

Philippus Aradel minister hospitalis de Rivaroli et Ansaldus Lecavela advocatus eiusdem hospitalis vendunt Ogerio TribusTestis macellario de Sosilia locum quem videtur habere idem hospitaie in Bavali, cui coheret a duabus partibus fossatum et a duabus partibus terra Purpure. Quem locum et totum quod poterit invenire per hospitale in Bavali et in pertinentiis cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo, nichil in se retento, vendunt pretio lib. den. jan. .l., et de pretio clamant se quietos et pagatos, et confitentur se recepisse ab eo sol. .viii. et den. .iii. pro censu annorum .c., et unde clamant se quietos usque in annos centum. Et quos denarios confitentur se expensuros in levatura domus quam levant in Rivaroli prope hospitale. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt, et pos sessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit ipse eiusque heres aut cui dederit vel habere permiserit quicquid voluerit sine omni eorum et successorum omniumque pro eis contradictione. Ab omni homine per se suosque successores et Ansaldus per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua et bona hospitalis ei stipulanti pignori obligant, sicut pro tempore valuerit hec vendita, sub extimatione in consimili loco. Et quisque eorum obligat se et sua et bona hospitalis in so-

lidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri omni. Sub porticu Ansaldi Lecavele, die .vi. exeuntis februarii. Testes Ogerius Cavaruncus, Ingo de Cartagenia, Pascalis Porcus.

1617. *Ogerio Treste pagherà a Filippo Aradel una somma a maggio prossimo per l'acquisto di cui al n. 1616. 24 febbraio 1192.*

Hospitalis de Rivaroli].

Promittit Ogerius Treste se daturum Philippo Aradel ministro hospitalis de Rivaroli lib. .xii. per totum madium proximum et lib. .xxv. usque ad annum proximum pro loco de Bavali quem comparavit Ogerius ab eodem Philippo et ab Ansaldo Lecavela. Et inde eundem locum et reliqua bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli. Cuius loci possessionem Philippus nomine hospitalis retinet in se et dominium, set preario concedit ei. Ea die et loco. Testes Ogerius Cavaruncus, Ingo de Cartagenia.

1618.. *Oberto Falzone e Belardo Grugno pagheranno a Ugone Laurino una somma a pentecoste con la garanzia di Sorlion Deladato. 24 febbraio 1192.*

Hugonis Laurini] (1).

Confitentur Obertus Falzonus et Belardus Grugnus se datus Hugoni Laurino lib. .lvi. ad pentecosten proximam, sub pena dupli in solidum abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Sorlion Deladatus debitor et pagator sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et sunt de societate quam habet idem Hugo cum Hugone de Casanova. Testes Iacomus filius Bernardi calegarij, Obertus Szata, Obertus de Monte. Pro cordoanis. Sub volta Fornariorum, ea die.

1619. *Guglielmo Ferrando pagherà a Pietro della Porta una somma al 1° agosto con la garanzia di Guglielmo Guaraco. 24 febbraio 1192.*

Petri de Porta].

Confitetur Wilielmus Ferrandus se daturum Petro de Porta lib. .lxxv. pro pipere et pro incenso ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et Wilielmus Guaracus debitor et pagator sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 165.

principalem debitorem primo conveniri. Sub porticu Enrici Dete-
salvi, ea die. Testes Enricus Detesalvus, Ottobonus de Cruce, Wido
de Laude.

1620. *Ugo Mazale contrae una accomendatio per Ceuta e « Garbo »
con Pelegrina, moglie di Guglielmo Ostaliboi.* 24 febbraio 1192.

[fo. 88 r.]. Pelegrine] (1).

Confitetur Hugo Mazalis se portare in accomendatione a Pele-
grina uxore Wilielmi Ostaliboj lib. .xxv. Septam et in Garbum et
quo voluerit et sibi videbitur causa negotiandi, ad quartam pro-
ficiui. Et possit mittere et facere sicut faciet de suis causa nego-
tiandi. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius
vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. In
domo Enrici Mazalis, die .vi. exeuntis februarii. Testes Enricus
Mazalis, Ansaldus sartor.

1621. *Enrico Mazale contrae una accomendatio con Pellegrina per
traffici.* 24 febbraio 1192.

[Pelegrine]].

Confitetur Enricus Mazalis se habere ab eodem Pelegrina lib.
.xxv., ex quibus ipsa dat licentiam portandi quo voluerit et sibi
videbitur causa negotiandi bona fide, ad quartam proficiui. Et pos-
sit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi. In re-
ditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi
missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco.
Testes Hugo Mazalis, Ansaldus sartor.

1622. *Giacomo Rascero da Asti pagherà una somma a Guglielmo
Fornario da Chiavica a pentecoste.* 24 febbraio 1192.

Wilielmi Fornarij de Clavica, p.] (2).

Confitetur Iacomus Rascerus de Ast se daturum Wilielmo For-
nario de Clavica lib. .LXXI. ad pentecosten proximam, sub pena
dupli. Et Belardus Grugnus redditor de toto, et Enricus Iosbertus
de lib. .XXXV $\frac{1}{2}$., sub pena dupli, abrenunciantes iuri quo cavitur
principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Testes Re-
stufatus censarius, Fulco filius Anselmi de Craviata, SuzusBonus.

(1) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una
linea verticale ondulata, in margine.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 166.

Et lib. .xx. de predictis sunt de societate quam habet cum Ottone Bono de Clavica, et alie libre de societate quam habet idem Wilielmus cum Bernardo Rubeo. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis februarii. .MCLXXXIX., indictione .viii.

1623. *Viviano da Verruia e Guilia vendono beni a Guglielmo Gatto da Sestri Levante.* 25 febbraio 1192.

Wilielmi Gatti].

Vivianus de Verruja filius quandam Malvermi de Sejestri vendit Wilielmo Gatto ut alienam rem pro Oberto suo fratre totam tertiam partem quam habuit idem Obertus pro indiviso cum eodem Viviano et cum Wilia sorore sua in territorio de Sejestri. Et idem Vivianus et Guilia suas duas partes vendiderunt Wilielmo Gatto. (1) Tertiam totam cuius Oberti ubicumque poterit invenire empator eum Obertum habuisse pro indiviso cum fratre et cum sorore, cum omni suo iure et comodo et utilitate vendit ei ut alienam rem, preter domum, pretio lib. den. jan. .iii. et sol. .v., et de pretio clamat se quietum et pagatum. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, et specialiter ab Oberto eiusque heredibus, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit, abrenuncians omni iuri. Testes Hugo Laurinus, Albertus de Lamandrella, Barigalus filius Ansaldi de Munoxolo (2). Die .v. exeuntis februarii.

1624. *Bonavia da Cumego pagherà una somma a Enrico Iosberto alla prossima fiera di Provins.* 25 febbraio 1192.

Enrici Iosberti] (3).

Confitetur Bonavia de Cumego se daturum Enrico Iosberto lib. .viii. bonorum previdixium in proxima feria de Pruins de Majo, et peioramentum pro sol. .xlvi. marcam argenti fini. Et expensas et dampnum et mutuum restituere in verbo creditoris. Et sua bona pignori obligat, sub pena dupli. Testes Obertus Falzonus, Sorlion Deladatus, Anselmus de Pallo. Ea die et loco.

(1) Cancellato: quam.

(2) Muntixolo (?).

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 167.

1625. *Merlo da Pomaira contrae una accomendatio con Buonvasallo figlio di Ugone da Rapallo.* 25 febbraio 1192.

BoniVasalli].

Confitetur Merlus de Pomaira se habere in accomendatione a BonoVasallo filio Hugonis de Rapallo causa negotiandi in botea lib. .mii. (1) usque ad sanctum Michelem proximum. Et tunc dare promittit ei capitale et medietatem proficui quod Deus dederit, bona fide, sub pena dupli. Et Adalaxia uxor eius consilio Ottonis-Boni de Clavica et Grilli de Canneto suorum amicorum remittit BonoVasallo omne ius quod habet in bonis mariti usque dum predicta sint soluta aliqua occasione, abrenuncians iuri hypothecarum et legi Iulie et (2) decreto consultus Velleiani. Sub volta Fornariorum, ea die et loco. Testes consiliatores.

1626. *Guglielmo Monaco pagherà una somma a Sergio da Castello o a Oberto da Calce al 1° di Settembre con la garanzia di Belardo da Valfenera e di Giacomo Monaco.* 25 febbraio 1192.

Sergij de Castello] (3).

Confitetur Wilielmus Monacus se daturum Sergio de Castello vel Oberto de Calce (4) lib. .LXXXVIII. et sol. .xv. ad kalendas septembris proximi sub pena dupli. Et Belardus de Valfenera et Iacomus Monacus debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Iohannes Gastaldus, Wilielmus Parvus de Canneto, Baudus Rivarius. Iuxta stationem de Cartageniis, ea die.

1627. *Belardo Cujalda pagherà una somma a Martino, con la garanzia di Ottone di Plaza, di Oberto Falzone e Belardo Grugno.* 26 febbraio 1192.

Martini] (5).

Confitetur Belardus Cujalda se daturum Martino magistro antelami lib. .LXXII $\frac{1}{2}$. ad dies .viii. proximas intrantis madij proximi, sub pena dupli. Et Otto de Plaza, Obertus Falzonus, et Belardus Grugnus debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ogerius de Cartagenia, Tiberius censarius. Sub volta Fornariorum, die .mii. exeuntis februarii.

(1) *In soprallinea:* lib. .mii.

(2) *Cancellato:* iuri.

(3) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 169.*

(4) *In soprallinea:* vel Oberto de Calce.

(5) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 169.*

1628. *Raimondo Crespino vende a Giordano Nasone un terreno in Polanesi.* 26 febbraio 1192.

Iordanis Nasoni].

Testes Wilielmus Baudo de Casu Ucona (1), Raimundus de Reco, Obertus Crespus, Iohannes Capellus. Sub volta Fornariorum. Raimundus Crespinus vendit Iordanu Nasono petiolam .i. terre in Pellanexo in pasteno vetulo. Et est superius terra Oberti Berri-Blanci, inferius terra Belardini Murzuchi, a latere terra Baxegi, pretio sol. .vi., et quietum se clamat. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuebit. Ea die.

1629. *Risoluzione della vertenza tra la Chiesa di S. Tommaso e quella di Santa Maria di Granarolo.* 26 febbraio 1192.

[fo. 88 v.] (2). Ecclesie Sancti Thome et de Granarolo].

Lis fuit inter ecclesiam Sancti Thome et inter ecclesiam Sancte Marie de Granarolo ex hoc, videlicet quod illi de Sancto Thoma volebant habere decimam loci (3) de Granarolo quod fuit Balduini Guertij, et quem locum Bencio fundator ecclesie de Granarolo emit a Balduino Guertio nomine ecclesie de Granarolo. Ipsi vero de Granarolo decimam contradicebant, dicentes non debere dare decimam de compara illa quam fecerant a Balduino Guertio. Tandem diu lite habita talem fecerunt concordiam et pactum. Nam dominus prior Benefatius Sancti Theodori et dominus presbyter Iacimus prior de Granarolo et Wilielmus subdiaconus Sancti Theodori et dominus Bencio fundator ecclesie de Granarolo nomine eiusdem ecclesie promittunt domine Hermite abbatisse Sancti Thome recipienti pro monasterio dare monasterio Sancti Thome annualim mezarolam unam musti de predicta terra quam vendidit Balduinus Guercius predicto Bencio nomine decime. Et (4) hoc patrum confitentur facere mandato domini Nicolaj prepositi de Mortaria. Et ut supra promittunt attendere per se suosque successores et contra non venturos sub pena lib. .xv. stipulata, rato manente

(1) Devasuucono (2).

(2) *Nel margine superiore:* In februario.

(3) *Cancellato:* quod f.

(4) *Cancellato:* ita oc (2).

pacto, in bonis (1) ecclesie. Et domina abbatissa Hermita et domina Clara priorissa et Drua de Brazili et Adeta et Verdilia et Berta Hismael, Alda Pedicula et Anna de Caffaro monache eiusdem monasterii recipiunt hoc pactum et promittunt quod de cetero nullam requisitionem facient nec actionem movebunt ecclesie de Granarolo (2) super predicta terra occasione decime per se nec per suas succetrices (3). Et ut supra promittunt attendere firmum et ratum sub pena lib. .xv. stipulata in bonis ecclesie, rato manente pacto. Insuper etiam convenient ut si altera pars earum vel uterque non attenderit ut supra vel corrumpere voluerit, soluta pena (4), queque pars sit in suo iure in quo erat ante pactum istud. In ecclesia Sancti Thome, die .mii. exeuntis februarii. Testes presbyter Wilielmus de Garrexio, presbyter Curradus, Otto Bonus de Fontana, Wilielmus Provintialis. .MCLXXXII., indictione .VIII.

1630. Ansaldo da Savona contrae una accomendatio con Altilia Ferraria e Aldice. 27 febbraio 1192.

Altilie et Aldicis].

Confitetur Ansaldus Sagonensis se habere in accomendatione ab Altilia Ferraria sol. .c. et ab Aldice sol. .c. causa ponendi in societate quam habet cum Ottone Farmau et portandi quo ierit cum illa societate causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate earum vel certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et que libre debent lucrari per libram (5) cum societate. Sub porticu heredis Opizonis Lecavele, die .mii. exeuntis februarii. Testes Ansaldus Lecavela, Wido de Rezo

1631. Oberto da Valfenera pagherà una somma a Ugone Pulisino a metà agosto con la garanzia di Guglielmo Monaco e Belardo di Valfenera. 27 febbraio 1192.

Hugonis Pulixini] (6).

Confitetur Obertus de Valfenera se daturum Hugoni Pulixino

(1) Scrittura mutata dal notaio e non chiara.

(2) Cancellato: in predict.

(3) Sic!

(4) In sopralinea: soluta pena.

(5) Cancellato: sicut lucrabuntur... libre societatis.

(6) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 170. Questo documento e i due seguenti sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

lib. .LXXV. ad medium augustum sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus et Belardus de Valfenera debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ido Stanconus, Philippus filius Trancherii de Platea Longa. In statione Ansaldi Lecavele, die .III. exeuntis februarii .MCLXXXII., indictione .VIII.

1632. *Belardo di Valfenera e Giacomo Monaco pagheranno una somma a Ugone Pulisino a metà agosto. 27 febbraio 1192.*

[Hugonis Pulixini]] (1).

Confitentur Belardus de Valfenera et Iacomus Monacus se daturos Hugoni Pulixino lib. .XXXVII $\frac{1}{2}$. ad medium augustum proximum, sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus debitor et pagator sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Wilielmus Parvus de Canneto, Rolandus de Canneto.

1633. *Gandolfo de Aqua pagherà a Ugone Pulisino una somma al 1º di agosto con la garanzia di Guglielmo Monaco e Enrico Alfer. 27 febbraio 1192.*

[Hugonis Pulixini]] (2).

Confitetur Gandulfus de Aqua se daturum Hugoni Pulixino lib. .LXXV. ad kalendas augusti proximas sub pena dupli. Et Wilielmus Monacus et Enricus Alfer debitores et pagatores, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Ido Stanconus, Philippus Trancherij, Wilielmus Parvus de Canneto.

1634. *Giacomo Vola pagherà una somma a Enrico, banchiere, a pentecoste con la garanzia di Oddone Alberico e Opizone Arancabosco. 27 febbraio 1192.*

Enrici bancherij] (3).

Confitetur Iacomus Vola se daturum Enrico bancherio lib. .LXXI. ad pentecosten proximam, sub pena dupli. Et Oddo Albericus et Opizo Arancaboscus debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principa-

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 171.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 173.

(3) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 174.

lem debitorem primo conveniri. In foro Sancti Georgio ad bancum eiusdem Enrici, ea die. Testes Wilielmus Fornarius de Clavica, Amicus Levaninus, Belizus de Zocole (1).

1635. *Tebaldo Reverzolo pagherà una somma a Pietro della Porta a metà agosto con la garanzia di Filippo Reverzolo e Belardo di Valfenera. 27 febbraio 1192.*

Petri de Porta] (2).

Confitetur Tebaldus Reverzolus se daturum lib. .lxxv. Petro de Porta pro pipere ad medium augustum proximum, sub pena dupli. Et Philippus Reverzolus et Belardus de Valfenera debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et (3) iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Amicus draperius, Wilielmus de Albario, Bonaventura de Predi. In statione Ansaldi Lecavele, ea die.

1636. *Enrico Porco dà quitanza della stradote della moglie Villana. 28 febbraio 1192.*

Villane].

Confitetur Enricus Porcus se habuisse de stradotibus sue uxoris Villane lib. .ccc. den. jan. mutuo, quas promittit reddere et dare ei (4) ad mensem .i. proximum ex quo petit ei, sub pena dupli stipulata in suis bonis quo maluerit. Iurat etiam ita attendere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. In domo eiusdem Enrici, (5). Testes Wilielmus Smirigius, Wilielmus de Bombel, Albericus Bonicus, Ogerius Iaunus. Die secunda exeuntis februarii.

1637. *Guido di Muro, Cardia e Bello di Lucca pagheranno una somma a Buzarino di Ablato. 28 febbraio 1192.*

Buzarini].

Testes Belengerius de Narbona, Ardigus de Puteo, Albertus Bivinus. In domo Ingonis Longi, (6) die secunda exeuntis februarii. Confitentur Guido de Muro et Cardia et Bellus de Luca se daturos Buzarino de Ablato lib. .xlii. et sol. .xii. a dominica proxim-

(1) Zocolis (?).

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 172.

(3) Cancellato: omni iu.

(4) Cancellato: quando ei plac.

(5) Cancellato: ea die.

(6) Cancellato: ea.

ma ad tres septimanas proximas. Et expensas et dampnum et mutuum. Et sua bona pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Guido Bilissimus debitor et pagator, in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

1638. *Guidotto da Sori contrae una societas per Orano con Coenna da Lucca.* 28 febbraio 1192.

Coenne].

Confitetur Widotus de Sori se portare in societate a Coenna Lu-
cense lib. .vi. et de suis lib. .iii. Guaranum et inde quo ierit (1)
causa negotiandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate
eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.
Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et (2) si
non attenderit ut supra vel in sua culpa devastaverit, Obertus Lon-
gus macellarius (3) promittit ei restituere predictas libras et totum
dampnum restituere, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo ca-
vetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ogerius Za-
rela, Wilielmus Parvus de Canneto. Sub volta Fornariorum, ea die.

1639. *Belardo Belardungo pagherà una somma a Simeone da Pa-
via a metà maggio con la garanzia di Oberto Falzone, e di
Enrico Alfer.* 28 febbraio 1192.

[fo. 89 r.] Simeonis de Papia] (4).

Confitetur Belardus Belardungus se daturum Simeoni de Papia
lib. .LXXII $\frac{1}{2}$. ad medium medium proximum, sub pena dupli. Et
Obertus Falzonus et Enricus Alfer debitores et pagatores sub pena
dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur
principalem debitorem primo conveniri. Testes Rolandus de Can-
neto, Enricus Lecavela, Tiberius censarius. Sub volta Fornario-
rum, die .ii. exeuntis februarii.

1640. *Guglielmo di Frascaro contrae una accomendatio per Orano
con Rolando di Canneto.* 29 febbraio 1192.

Rolando Grilli] (5).

Confitetur Wilielmus de Frascaro se portare in accomendatione

(1) *Cancellato*: cum Vasallo Grandi.

(2) *Cancellato*: si Obertus Longus.

(3) *In soprallinea*: macellarius.

(4) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 175.*

(5) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 176.*

a Rolando de Canneto lib. .xx. et sol. .viii. Guaranum et inde quo ierit in nave Vasalli Grandis vel cum maiore parte sociorum navis, causa negotiandi, ad quartam proficui. Et a Grillo lib. .xv., similiter. Testes Amicus draperius. Sub volta Fornariorum, die ultima februarii. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus.

1641. Sentenza del Giudice Ottone, arcidiacono, relativamente alla causa matrimoniale tra Giacomo Rosso e Matelda. 29 febbraio 1192.

Sententia Matelde].

Dominus Otto archidiaconus delegatus iudex a domino archiepiscopo Bonefatio super causa matrimonij que vertebatur inter Iacomum Rubeum et Mateldam quondam uxorem Manfredi bancheri (1), qui dicebat eam Mateldam esse suam uxorem. Ipsa vero negabat. Tandem (2) incepit probare et probavit sufficienter eam suam uxorem esse. Ipsa vero probavit sufficienter per idoneos testes illum aliam (3) uxorem habere, videlicet Sibiliam, et filium ex ea substulisse, antequam Mateldam despontasset (4) in uxorem. Et cum testes predictus iudex vellet publicare consensu utriusque partis, Iacobus appellavit ad curiam et appellationem iuravit prosequi. Cum vero deberet recipere litteras appellationis prosequende, noluit recipere eas a predicto iudice quales ipse dabat. Iudex vero dixit ei ut duceret suos sapientes, et si minus esset in litteris quam deberet vel plus (5), ipse completeret (6), prout deberet de iure, quod ipse facere sprevit, et appellationem minime prosequi curavit. Et ita postea publicatis testibus (7) et ultra terminum appellationis per (8) menses tres et plus eum expectans, et eo per tres vices peremptorie ad sententiam audiendam vocato et venire spernens nec alium mittente (9), confisus dictis eorum et habito consilio suorum confratrum venerabilium et sapientum plurium, et quoniam appellationem non timuit immo se dejuravit (10), absolvit predictam

(1) Cancellato: Guercii; *in sopravincula*: bancherii.

(2) Cancellato: su.

(3) *In sopravincula*: aliam.

(4) Cancellato: habuisset; *in sopravincula*: despontasset.

(5) *In sopravincula*: vel plus.

(6) Cancellato: sicut.

(7) *In sopravincula e cancellato*: et plurium mensem. Poi il notaio ha scritto per postilla: et ultra terminum appellationis... nec alium mittente.

(8) Cancellato: plures.

(9) *In sopravincula*: nec alium mittente.

(10) dejuravit è incerto.

Mateldam a prefato Iacomo, dans ei licentiam ut nubat cui velit in anno. Testes dominus prepositus Ogerius Galleta Sancti Laurentii, presbyter Hugo de Sancto Laurentio, Ansaldus diaconus de Vineis, Wilielmus Crispinus, Wilielmus Galleta. In canonica Sancti Laurentii, die ultima februarii.

- 1642.** *Salvagno di Digne e Arnolfo de Gabo pagheranno una somma a Nicola Biondo nella prossima fiera di Bar. 29 febbraio 1192.*

Nicole Blondi].

Confitentur Salvagnus de Digno et Arnulfus de Gabo se daturum Nicole Blondo lib. .LXXXVII. bonorum previdixium in proxima feria de Bar ad pagamentum cum fit, et inde ei pignori obligant torsellos .vii. de cordoanis, tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra, sua auctoritate et sine magistratus decreto vendat vel impignoret predictum pignus ut sit pagatus de suo pagamento. Et si non pagaverit vel in pignore deficeret quod non esset solutus ut supra. reliqua bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant in solidum sub pena dupli, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die ultima februarii. Testes Wilielmus Rizisom, Arduinus de Canneto, Balduinus Gotefredus Campus.

- 1643.** *Guido de Muro e Cardia e Bello di Lucca pagheranno una somma a Buzarino de Ablato al 1° di marzo con la garanzia di Guido Bilissimo. 29 febbraio 1192.*

Buzarini].

Testes Wido de Rezo, Datarus pellizarius. In domo Ingonis Longi, ea die. Confitentur Guido de Muro et Cardia et Bellus de Luca se daturos Buzarino de Ablato lib. .LVIII. a kalendis martii proximi ad tres septimanas proximas. Et expensas et dampnum et mutuum. Et sua bona pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Guido Bilissimus debitor et pagator, et sua bona pignori obligat, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri.

- 1644.** *Giacomo Vola di Asti pagherà una somma a Ugone Laurino e a Ugone di Casanova 15 giorni dopo pasqua con la garanzia di Oddone Alberico e di Opizone Arancabosco. 29 febbraio 1192.*

Hugonis Laurini] (1).

Confitetur Iacomus Vola de Ast se daturum Hugoni Laurino et Hugoni de Casanova lib. .LXXI. ad dies .xv. proximas post pasca proximam, de societate eorum, sub pena dupli. Et Oddo Albericus et Opizo Arancaboscus debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Iuxta stationem Malocelli, ea die. Testes Rubeus censarius, Lafrancus Sporta, Gandulfus de Bi-liarda, Fulco Tolomei.

IN KALENDIS MARTII (2).

1645. *Guglielmo di San Giorgio contrae una societas per Orano con Buonvasallo da Cartagena e Giovanni Boleto.* 1 marzo 1192.

Ansuixi, Ottonis, Pascalis (3), Oberti Salici].

Confitetur Wilielmus de Sancto Georgio se portare in societate de rebus Ansuixi a Bonovasallo de Cartagenia et a Iohanne Boleto qui confitentur mandato eius (4) lib. .CL., et quas dimisit ei idem (5) Ansuixus, et de suis lib. .LXXV., Guaratum et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate Ansuixi vel sui certi missi vel predictorum (6) proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue (7) cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et possit mittere in Ianua et cum testibus.

(8) Et ab Ottone de Langasco lib. .LX., et a Pascali Marzono lib. .LXIII., ad quartam proficui, et que libre debent lucrari et expendere cum societate, et implicari communiter cum societate. Testes Obertus Salicus, Martinus de Albario.

(9).

Et ab Oberto Salico lib. .LV., et sol. .VIII. et den. .III., et que sunt de societate quam habet cum Oddone de Melazo, ad quartam proficui, separatim. Ante domum Oberti Porci, in kalendis martii.

(1) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 177.*

(2) *Nel margine.*

(3) *Cancellato:* Iohannis.

(4) *In soprallinea:* qui confitentur mandato eius.

(5) *Cancellato:* Wilielmus.

(6) *In soprallinea:* vel predictorum.

(7) *In soprallinea:* ex quo exiverit portum Ianue.

(8) *Segno di paragrafo.*

(9) *Cancellato:* Et a Iohanne Boleto lib. .LVI. (?) et implicatis separatim

1646. *Berta, figlia del fu Orso di Candeasco, vende una terra in Candeasco a Corrado, figlio del fu Martino di Masante. 1º marzo 1192.*

Curradi].

Berta filia quondam Ursi de Candeasco vendit Currado filio quondam Martini de Masanti petiam unam terre positam in Candeasco in ora que dicitur Costa de Gazali in Cacarello, cui coheret terra Iohannis Cazeni, ab alia parte terra Casalle, a tercia terre emptoris. Quam petiam cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo vendit ei pretio sol. .xxvi., et de pretio clamat se quietam et pagatam. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit, abrenuncians omni iuri. Sub porticu Ingonis Longi, ea die. Testes Obertus de Monte, Liculfus de Vaira, Amigo pellizarius.

1647. *Gerardo Capone prende a mutuo una somma da Guigonzone Lovo e da Rubaldo de Pasteno. 1º marzo 1192.*

[*fo. 89 v.*] (1). Guigonzoni et Rubaldi].

Confitetur Gerardus Caponus se cepisse mutuo lib. .iii. a Guigonzono Lovo et a Rubaldo de Pasteno, quas promittit reddere usque ad annum. Et inde eis pignori obligat totam suam tenuitatem de Casali, sub pena dupli. Et insuper dat et cedit eis pensionem eiusdem tenue (2), que est de sol. .xxv. annuatim, quam pensionem habeant suo dono, et similiter habeant usque dum pagaverit eis predictas libras. Et ex quo ultra (3) dies .viii. a principio anni tenuerit quod non pagaverit, et postea infra annum vellet pagare predictas libras, non ideo minus haberent pensionem tocius anni, videlicet sol. .xxv. Et possessionem predicte tenuile nomine pignoris eis confitetur se tradidisse. Iurat etiam quod ita tenebit firmum et ratum et quod contra non venire et per se nec per alium pro se, et quod predictas libras pagabit et quod pensionem sol. .xxv. in sortem vel in pagamentum non computabit, et quod occasione usure nullam requisitionem neque retentionem

(1) *Nel margine superiore:* In martio.

(2) *Sic!*

(3) *In soprallinea:* ultra; *cancellato:* per.

faciet. Sub porticu Ingonis Longi, in kalendis februarii (1). Testes Guibertus calegarius, Iohannes filaor. .MCLXXXII., indictione .VIII.

1648. *Alessandro Torsello e Anna, coniugi, vendono beni a Pietro Basso. 1° marzo 1192.*

Petri Bassi].

Alexander Torsellus et Anna iugales vendunt Petro Basso locum quem videntur habere et possidere in Rivaroli in monte cum domibus et cum edifitio et cum torculari et cum botis, cui coheret superius terra Ottonis Boni, inferius terra Wilielmi Malocelli et Sancti Beligni, a latere terra Sancte Marie de Rivaroli, a quarta fossatum quod est prope boscum usque in Pulciferam. Totum quod videntur habere et possidere infra iamdictos coherentes et in Serra Segula et in Canneto de CanaTurba pro indiviso cum Wilielmo de Tribus Serris (2) et in pleno et vacuo et domestico et salvatico, et quicquid per eos poterit invenire eos habere vel possidere (3) in predictis locis et in omnibus pertinentiis cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressibus et egressibus suis et omnes rationes quas videntur habere in predictis occasione dicte terre, nichil in se retento, vendunt ei pretio lib. den. jan. CLV., et de pretio clamant se quietos et pagatos, abrenunciantes (4) exceptioni non numerate peccunie et omni iuri et auxilio. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt, et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit ipse eiusque heres aut cui dederit vel habere permiserit quicquid voluerit sine omni eorum omniumque pro eis contradictione. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli, per se suosque heredes ei eiusque heredi. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant in solidum, sicut pro tempore valuerit, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et Anna abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et facit hec consilio Wilielmi de Aldo sui generi et Alberti de Nonatar sui parentis. In domo eiusdem Alexandri, ea die. Testes Iohannes filaor, Guibertus calegarius.

(1) *Errore del notaio.*

(2) *In soprallinea ed in margine:* et in Canneto... de Tribus Serris.

(3) *In soprallinea:* vel possidere.

(4) *Cancellato:* iuri.

1649. Giacomo da Castello pagherà una somma a Oddone di Piazza alla fiera di Provins di maggio. 2 marzo 1192.

Ottonis de Plaza].

Confitetur Iacomus de Castello se daturum Oddoni de Plaza lib. viii. previdixum in proxima feria de Pruins de Maio. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittit pro sol. .xlvi. marcam argenti boni ut ascendet de toto debito, et expensas et dampnum et mutuum restituere. Et sua bona pignori obligat, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus de Lalanda. Sub volta Fornariorum, die secunda martii.

1650. Rucio Barlaira, Gerardo di Vidisina, e Berruto di Casoli, rispettivamente socio, suocero e avo del fu Osino, ricevono da Guglielmo di Astennera i beni che Osimo gli aveva dato in accomendatio. 2 marzo 1192.

Wilielmi de Astennera, .iii.].

Confitentur Rucius Barlaira socius quondam Oxini et Gerardus de Vidixina socer quondam eiusdem Oxini et Berrutus de Casoli avunculus eiusdem Oxini se cepisse et habuisse a Wilielmo de Astennera omnes res suas habuit idem Wilielmus ab Oxino in accomendatione vel per eum Ultramare cum Oxinus pervenit ad obitum, et quietos et pagatos se clamant. Et si decetero requisitio fieret vel actio moveretur ab eis vel ab herede Oxini vel ab aliqua demum persona occasione illarum rerum ei vel aliqui pro eo, et perveniret ad aliquod dampnum, totum dampnum restituere promittunt sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Ea die et loco. Testes Iordanus de Astennera, Restatus censarius, Corsus guardaor, Vasallus Pancia. Et predicti receperunt sacramentum a predicto Wilielmo de manifestazione omnium predictarum rerum.

1651. Oberto di Viver pagherà ad Ansaldo Rataldo una somma a pentecoste con la garanzia di Rufino Belser. 2 marzo 1192.

Ansaldi Rataldi].

Confitetur Obertus de Viver se daturum Ansaldo Rataldo lib. .lxvi. et sol. .iii. ad pentecoste proximam, sub pena dupli. Et Rufinus Belser debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco (1). Testes Iohannes Grita, Martinus Curtus. .MCLXXXIX., indictione .viii.

(1) In sottolinea: et loco.

1652. *Ottone Guaraco dà quitanza di una somma a Guglielmo di Dataro. 3 marzo 1192.*

[Wilielmi de Dataro].

Confitetur Otto Guaracus se recepisse (1) lib. .xx. a Wilielmo de Dataro, quas Wilielmus dat Aliadar sue nepti uxori (2) Boni-Vasalli Aflorati in dotem de propriis libris Wilielmi, tali conditioni ut si ipsa Aliadar obierit sine herede legittimi coniugij, ut reddantur Wilielmo vel suo heredi, et taliter promittit Otto attendere Wilielmo. Et inde sua bona ei pignori obligat, abrenuncians omni iuri et iuri quo cavetur ne fideiuſſores vel dotum mandatores dantur.

Ita tamen ut si pater predicti BoniVasalli vel quilibet alius fecerit cartam Wilielmo de predictis libris faciendis salvis ut supra Wilielmo vel eius heredi in voluntate Wilielmi, Otto sit liber ab hac obligatione. Testes Angelotus Vescontus, Molinarius de Rapallo. Iuxta turrim Cardinalis, die .iii. martii.

1653. *Guglielmo di Bombel prende una somma a prestito maritimo da Guglielmo Guercio Ostaliboi. 3 marzo 1192.*

[Wilielmi Guertij Ostaliboj].

Confitetur Wilielmus de Bombel se cepisse mutuo a Wilielmo Guercio Ostaliboj lib. .L., unde ei vel Iacomo de Bombel missus eiusdem Wilielmi vel certo missus alterius dare promittit uncias auri de tarino. xxvii. ad pondus Panormi, in Siciliam salva eunte nave vel maiori parte rerum navis in qua ibit idem Wilielmus de Bombel. Et inde ei pignori obligat caricum navis et reliqua bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli. Testes Ingo de Castello, Quadrellus Fornarius. In domo Wilielmi Guertij Ostaliboj, die .iii. martii intrantis.

1654. *Giacomo di Bombel e Guglielmo Guercio Ostaliboi contraggono una societas. 3 marzo 1192.*

[Wilielmi Guertij Ostaliboi]] (3).

Confitetur Iacomus de Bombello se portare in societate a Wilielmo Guertio Ostaliboj lib. .c. et de suis lib. .L. quo ierit ei sibi videbitur causa negotiandi bona fide. In redditu vero Ianuam

(1) *Cancellato:* pro BonoVasallo Aflorato.

(2) *Cancellato:* eiusdem.

(3) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Ita tamen quod cum redierit Ianuam possit iterum et iterum portare similiter causa negotiandi quo sibi videbitur usque dum hec carta fuerit. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus si sibi videbitur. Et de suis portat ultra hec lib. .L., que debent lucrari et expendere per libram cum societate [fo. 90 r.] set proficuum harum librarum .L. debet esse proprium Iacomi. Ea die et loco et testibus, et Wilielmus de Bombello.

**1655. Giacomo di Bombel e Guglielmo Guercio Ostaliboi contrag-
gono una accomendatio. 3 marzo 1192.**

Wilielmi Guertij Ostaliboj].

Confitetur Iacomus de Bombello se habere in accomendatione a Wilielmo Guertio Ostaliboj lib. .c. causa portandi quo ierit causa negotiandi bona fide, et super quibus Wilielmus mittit suum filium Bartholomeum. Et in quibus lib. .c. sunt uncie .xxvii. auri quas debet sibi Wilielmus de Bombel, et alie sunt in carico na-
vis. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In redditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi pro-
ficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco et testibus.

**1656. Guglielmo Guercio Ostaliboi contrae una accomendatio con
Giacomo di Bombel. 3 marzo 1192.**

Iacomi de Bombel].

Confitetur Wilielmus Guertius Ostaliboj se habere in accomen-
datione a Iacomo de Bombello lib. .L., causa portandi et nego-
tiandi quo ierit et sibi videbitur cum suis causa negotiandi bona
fide, ad quartam proficiui. Et possit mittere et facere sicut faciet
de suis causa negotiandi. In redditu vero Ianuam reducere promit-
tit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus de-
derit cum capitali. Et debet facere expensas per libram et impli-
care separatim. Ea die et loco et testibus.

**1657. Giacomo di Bombel contrae una accomendatio con Gugliel-
mo Pontio. 3 marzo 1192.**

Wilielmi Pontij].

Confitetur Iacomus de Bombel se portare in accomendatione vo-
luntate Wilielmi Guertii Ostaliboj presentis cum quo habet socie-

tatem a Wilielmo Pontio lib. .LXIII. quo ierit et sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et debet facere expensas per libram cum aliis que portat, et implicare separatim. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ricius de Clavica, Peirus BonaFides, Rubaldus Galleta, Martinus de Albario.

- 1658.** *Geremia, abate di S. Bartolomeo di Fossato, vende all'abate Opizone di S. Fruttuoso di Capo di Monte un terreno in Lavagna. 3 marzo 1192.*


Sancti Fructuosi].

Dominus abbas Ieremias Sancti Bartholomei de Fossato consilio sui confratris monachi Manfredi vendit domino abbatii Opizoni Sancti Fructuosi de Capite Montis medium unam petiam terre in Lavania de super a plebe Lavanie in monte, et que petia media est pro indiviso cum dominis de Cucurno, cui toti petie coheret ab omnibus partibus terra Sancti Fructuosi. Quam petiam medium cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressu et egressu suo vendit ei pretio sol. den. jan. .xxv., et de pretio clamat se quietum et pagatum, et de censu usque in annos .c. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iuri quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque successores ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli, et pro dupla evictione et pro pena et sorte bona monasterij ei stipulanti pignori obligat sicut pro tempore valuerit. In curia archiepiscopi, ea die. Testes Wilielmus Calvus, presbyter Iohannes, et presbyter Wilielmus capellani Sancti Mathej.

- 1659.** *Giacomo di Bombel contrae una accomandatio con Giovanni da Liége, con Gualtiero, genero di Carlo, e con Lamberto de Besonzono. 3 marzo 1192.*

Iohannis de Leges et Gualterij et Lamberti].

Confitetur Iacomus de Bombel se portare voluntate Wilielmi Guertij Ostaliboj in accomendatione a Iohanne de Leges et a Gualtero genero Carli et a Lamberto de Besonzono lib. .CCL. et sol. .x. communiter inter eos per tertiam partem, in Siciliam et quo ierit cum rebus societatis causa negotiandi bona fide, ad quartam



proficui. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Et facere expensas debet cum aliis que portat, et implicare separatim. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel aliquius eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et insuper osculatus fuit osculo pacis (1) Iohannem de Leges vice sui et aliorum salvare et custodire predictas res et nullam fraudem adhibere, et ita promisit. In domo Iordani Clerici, ea die. Testes Jordanus Clericus, Vasallus frater eius.

1660. *Belardo Cuialda pagherà una somma a Giovanni Stralleira al 1º Maggio con la garanzia di Belardo Belardungo e Oberto Falzone. 3 marzo 1192.*

[Iohannis Stralleire, p.] (2).

Confitetur Belardus Cuialda se daturum Iohanni Stralleire lib. .l.viii. ad kalendas madij proximi, sub pena dupli. Et Belardus Belardungus et Obertus Falzonus debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Iohannes Grita, Iacomus de Bombel, Wilielmus Barca. Et sunt de societate et de accomendatione quam habuit Gregorius ab eodem Iohanne et a Vasallo Stralleira.

1661. *Oberto Falzono pagherà a Giovanni Stralleira una somma al 1º maggio. 3 marzo 1192.*

[Iohannis Stralleire]].

Et Obertus Falzonus eidem Iohanni lib. .lxxviii. et sol. .vii. ad kalendas madij proximi, sub pena dupli. Et Belardus Belardungus et Belardus Cuialda debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Et sunt de rebus quas (3) habuit Gregorius similiter. Ea die et loco et testibus.

1662. *Ogerio Cimisello vende a Oberto Molinario uno schiavo saraceno. 3 marzo 1192.*

[Oberti Molinarij, p.].

Ogerius Cimixellus vendit Oberto Molinario sarracenum .i. Wilielmum nomine pro servo non furato nec ablato, pretio lib. .m.,

(1) *In sopravlinea*: osculo pacis.

(2) *Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 178. Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(3) *Cancellato*: po.

et de pretio clamat se quietum et pagatum. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli in suis bonis. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Pascalis de Maguzono, Wilielmus de Arcu, Peirus RonaFides.

1663. *Guglielmo de Arcu si obbliga verso Guidone Bilissimo di tenerlo indenne di ogni danno che dovesse sopportare per Anselmino genero di Guidone.* 3 marzo 1192.

Guidonis Bilissimi].

*Promittit Wilielmus de Arcu Widoni Bilissimo quod (1) de tota obligatione vel de equo vel de alia re quam faciet (2) Antelminus gener Widonis eiusdem sibi aliquo modo deliberare eum ab omni dampno et totum dampnum restituere Widoni sub pena dupli. Et Pascalis de Maguzono debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ea die et loco. Testes Otto de Langasco, Ogerius Cimixellus, Martinus de Albario.

1664. *Rolando da Canneto pagherà una somma all'ottava di pascua a Guala di Rugiasco.* 3 marzo 1192.

Guale].

Confitetur Rolandus de Canneto se daturum Guale de Rugiasco lib. .xxxv. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Iacomus filius Bernardi calegarii, Rolandus de Sorbula. Sub volta Fornariorum, ea die.

1665. *Guglielmo di Bombel prende a prestito marittimo una somma da Giacomo, suo fratello.* 3 marzo 1192.

[*fo. 90 v.*] (3) Iacomi].

Confitetur Wilielmus de Bombel se cepisse mutuo a Iacomo suo fratre lib. .l., que sunt de denariis Ansuixi, et quod prestitum facit voluntate BoniVasalli de Cartagenia et Iohannis Boleti qui (4) vicem obtinent pro Ansuixo. Unde ei dare promittit uncias auri .xxvii. auri de tarinis ad pondus Panormi, salva eunte nave

(1) *Cancellato*: sit.

(2) *In soprilinea*: quam faciet.

(3) *Nel margine superiore*: In martio.

(4) *Cancellato*: sunt.

vel maiori parte rerum navis. Et inde ei pignori obligat caricum navis et reliqua bona sua, sub pena dupli. Testes Ingo de Castello, Arduinus de Canneto, Lambertus de Bensonzono. Sub volta Fornariorum, die .iii. martii. .MCLXXXII.

1666. *Testamento di Bonsignore da Fontana.* 3 marzo 1192.

Testamentum].

Bonus Segnorus de Fontana sua ultima voluntate iudicat pro anima sua sol. .XL. ita distributas: decenum operi Sancti Laurentii, residuum pro sepultura. Sancto Thome eliget suam sepulturam. Reliquorum suorum bonorum heredem instituit Adalaxinam suam neptem filiam quondam sui filij Strumaegi (1). Que si obierit sine herede legittimi coniugii infra annos .XX., ita tamen quod de tercia possit facere quod velit (2) substituit ei ecclesiam Sancti Thome in medietate et in alia medietate ecclesiam Sancti Michaelis. Hec est sua ultima voluntas. Testes Nuvelonus de Albericis, Baudo bancherius, Obertus Zurlus, Iacomus filius Bernardi calegarij, Bonus Vasallus Pignolus, Marinus guardaor, Alegrus guardaor. Sub porticu Ottonis Boni, ea die.

1667. *Guglielmo di Bombel prende a mutuo una somma da Giacomo suo fratello.* 3 marzo 1192.

Iacomi de Bombel].

Confitetur Wilielmus de Bombel se cepisse mutuo pro amore a Iacomo suo fratre lib. .L. den. jan., quas ei reddere promittit usque ad annum proximum, sub pena dupli in suis bonis. In domo Ingonis Longi (3), die .iii. intrantis martii. Testes (4), Rubaldus Galleta, Marescotus de Placentia.

1668. *Guglielmo di Bombel contrae una accomandatio con Lafranci Ricerio.* 3 marzo 1192.

Lafranci Ricerij].

Confitetur Wilielmus de Bombel se portare in accomendatione a Lafranco Ricerio lib. .CCLXXX. implicatas in locis tribus navis et in carrico grani in terram Regis Sicilie causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Inde in Niciam vel in Marsiliam redu-

(1) Strumaezi (2).

(2) *In sopravlinea:* infra annos .XX.... quod veilt.

(3) *Cancellato:* Wilielmi Guercii Ostaliboi; *in sopravlinea:* Ingonis Longi.

(4) *Cancellato:* Wilielmus Guercius Ostaliboi.

cere promittit vel mittere cum testibus in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et operari, et non defraudare ultra sol. .xx. In domo eiusdem Lafranci, ea die. Testes Wilielmus de Pallo, Iordanus Ricerius, Iacomus de Bombel.

1669. *Lanfranco Ricerio dà quitanza a Guglielmo di Bombel della sua parte di capitale e di profitto di una societas. 3 marzo 1192.*

Wilielmi de Bombel et Lafranci Ricerij].

Confitetur Lafrancus Ricerius se habuisse a Wilielmo de Bombel totam societatem quam fecit ei apud Marsilium, et quietum se clamat et de proficuo et de capitali, et carta que fuit inde sit cassa et vacua. Ita tamen quod si idem Wilielmus comparaverit aliquid de tolta quam fecerit ei Pisani, Lafrancus debet habere medietatem tocius quod recuperabit et Wilielmus aliam medietatem, et quam perditam in lib. .cl. posuerunt. Ea die et loco et testibus.

1670. *Ugo Mazale contrae una accomandatio con Alda, moglie di Idone Mazale. 4 marzo 1192.*

[Alde uxoris Idonis Mazalis, p.].

Confitetur Hugo Mazalis se portare in accomandatione ab Alda uxore Idonis Mazali de rebus sui mariti lib. .x. (1) in Garbum et quo sibi videbitur causa negotiandi, ad quartam proficui, et possit mittere et facere sicut sibi videbitur (2) causa negotiandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. In domo Idonis Mazali, die .iii. martii. Testes Enricus Mazalis, Lafrancus Porcus.

1671. *Enrico Mazale contrae una accomandatio con Alda moglie di Idone Mazale. 4 marzo 1192.*

[Alde uxoris Idonis Mazalis]] (3).

Confitetur Enricus Mazalis se habere lib. x. ab eadem, similiter, quo voluerit.

1672. *Giovanni Guercio contrae una accomandatio con Giovanni da Liége. 4 marzo 1192.*

(1) Cancellato: quo.

(2) Cancellato: de suis; in sopralinea: sibi videbitur.

(3) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

Johannis de Leges].

Confitetur Iohannes Guertius se portare in accomendatione a Iohanne de Leges lib. .clii $\frac{1}{2}$., voluntate Gualterij presentis generi Carli cum quo habet societatem, in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius, causa negotiandi, ad quartam proficui, et que debet reverti ad societatem, et debet facere expensas per libram et implicare separatim. Et si sibi videbitur, possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. In domo Iohannis de Leges, ea die. Testes Iosbertus de Bensono (1), Bernardus mercerius.

1673. *Giovanni Guercio contrae una accomandatio con Adele, moglie di Marchisio di Vulpaira e Giosberto.* 4 marzo 1192.

Aidele, Iosberti, p.].

Confitetur portare similiter ab Aidela uxore (2) Marchesij de Vulpaira lib. .xx., (3) a Iosberto lib. .xx. (4) de Bensonono, et lib. .x. de rebus (5) Guide matris Wilielmi ferrarij (6), ad quartam proficui, que debet reverti ad societatem, et expendere per libram. Et lib. .xx. Aidele sunt de libris quas adduxit Iosbertus. In domo Marchesij de Vulparra, ea die.

1674. *Giovanni Guercio e Gualterio, genero di Carlo, contraggo no una societas per traffici in Sicilia e altrove.* 4 marzo 1192.

Gualterij generi Carli].

Confitetur Iohannes Guertius se portare in societate a Gualterio genero Carli lib. .cc. et de suis lib. .c. in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit sibi aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue (7) cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et si sibi videbitur, possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In domo Iordani Clerici, ea die. Testes Iosbertus de Bensonzono, Bernardus mercerius.

(1) de Bensono *in sottolinea*.

(2) *Cancellato*: Ai.

(3) *Cancellato*: de quibus sunt lib. .xxi. (¶) Ai (¶).

(4) *In margine*: lib. xx.

(5) *In sopralinea*: de rebus.

(6) *Cancellato*: et lib. .xx. eiusdem Aidele et quas ponit in societate quam habet cum Gualterio genero Carli.

(7) *In sopralinea*: ex quo exiverit portum Ianue.

Bonilohannis Trebucheti].

(1) Et de rebus Bonilohannis Trebucheti lib. .xxvii., ad (2) ter ciam proficui, et sine expensis preter infurnire res.

1675. *Pietro della Croce riconosce di avere in societas una somma di Oberto da Croce.* 4 marzo 1192.

Oberti de Cruce].

Confitetur Petrus de Cruce quod Obertus de Cruce habet secum in societate de propriis libris Oberti lib. .clxv. ultra hoc quod continetur in alia carta, et que libre debent lucrari et expendere per libram, et de quibus libris ipsi confitentur posuisse lib. .xxii. in societatem quam habent cum Petro filio quondam Antuli. In hotea Wilielmi Venti, ea die. Testes BonusDei sedazarius, Peirus mercerius. Et voluntate eiusdem Petri.

1676. *Giacomo di Bombel, per volontà di Buonvasallo di Cartagena e di Giovanni Bolleto in rappresentanza di Ansuiso, porta in Sicilia una somma di quest'ultimo per traffici.* 4 marzo 1192.

[fo. 91 r.] Ansuixi].

Confitetur Iacomus de Bombel se portare voluntate BoniVasalli de Cartagenia et Iohannis Boleti vice Ansuixi (3) de rebus Ansuixi lib. .cl. in Siciliam terram regis (4) et inde quo sibi videbitur causa negotiandi bona fide. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate Ansuixi vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ita quod super lib. .c. debet ire Rubaldus Galleta. Et de lib. .l. Iacomus debet habere quartam proficui. Testes Ingo de Cartagenia, Ingo de Castello. Sub volta Fornariorum, die .iii. martii.

1677. *Guglielmo Monaco pagherà una somma a Baiamonte Barlaira a metà Agosto con la garanzia di Belardo e Oberto di Valfenera.* 4 marzo 1192.

Bajamontis] (5).

Confitetur Wilielmus Monacus se daturum Bajamonti Barlaire lib. .lxxv. ad medium augustum proximum, sub pena dupli. Et

(1) Segno di paragrafo.

(2) Cancellato: quartam.

(3) In sopravviva: vice Ansuixi.

(4) In sopravviva: terram regis.

(5) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 40

Belardus de Valfenera et Obertus de Valfenera debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub porticu de Cartageniis, ea die. Testes Ingo Manzus, Martinus Curtus.

1678. *Pietro, vescovo di Nizza, prende a mutuo una somma da Lafranco Ricerio. 4 marzo 1192.*

Lafranci Ricerij].

*Confiteatur dominus Petrus niciensis episcopus se cepisse mutuo a Lafranco Ricerio (1) lib. den. jan. .L ad opus eundi Roman pro honore ecclesie niciensis et episcopatus (2). Quas promittit reddere a proxima pentecoste ad annum proximum. Et inde ei pignori obligat (3) condaminam (4) que est prope ecclesiam Sancti Torpetis et extenditur usque ad litus maris, sub pena dupli, tali pacto ut habeat, teneat, et quiete possideat usque dum fuerit pagatus ut supra, et usufructum suo dono habeat, non computando eum in sortem, et possessionem nomine pignoris ei confiteatur se tradidisse. Et hec facit consilio domini Wilielmi Rolandi canonici niciensis. In ecclesia Sancti Georgii, ea die. Testes Wilielmus de Pallo, Raimundus Unaldus, dominus Hugo prior Sancti Michelis, Wilielmus Malcatiatus, Dinardus canonicus Sancti Michelis.

1679. *Anselmo Gruata contrae una accomendatio con Guglielmo Rataldo per Ancona e Oltremare. 4 marzo 1192.*

Wilielmi Rataldi] (5).

Confiteatur Anselmus Gruata se portare in accomendatione a Wilielmo Rataldo lib. .clxxxv. Anconam et inde Ultramare et inde quo sibi videbitur causa negotiandi ad quartam proficui, et nulli prestet nec in galea (6) preter mercatori et cum bono pignori. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et non defraudare ultra sol. .xx. Testes Enricus Mallonus, Bauditio Bojachesus, Rubaldus Galleta, Rolan-

(1) *In soprallinea:* a Lafranco Ricerio.

(2) *In soprallinea:* et episcopatus.

(3) *Una parola cancellata:* dominzam?

(4) *Cancellato:* de Sancto Torpete.

(5) *Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(6) *In soprallinea:* nec in galea.

dus Alcherius. .MCLXXXII., indictione .VIII. Sub volta Fornario-
rum, ea die.

1680. *Rolando Alcherio contrae una accomendatio con Guglielmo Rataldo.* 4 marzo 1192.

[Wilielmi Rataldi]].

Confitetur Rolandus Alcherius lib. .CLXXXV. ab eodem Wilielmo,
similiter per omnia. Et iurat. Et testibus. Et quod non partiet se
ab Anselmo Gruato nisi voluntate eius vel iusto Dei impedimento.

1681. *Ogerio Galleta, prevosto della Chiesa di S. Lorenzo con altri canonici, permuta terre con Guglielmo Guaraco.* 4 marzo 1192.

Ecclesie Sancti Laurentii, Wilielmi Guarachi].

Dominus prepositus Ogerius Galleta ecclesie Sancti Laurentii et dominus Otto archidiaconus et dominus Anselmus vicedominus et archipresbyter Wilielmus de Bergalio et presbyter Turdonus et presbyter Hugo, Iordanus et Rusticus diaconi, et Bonus Vasallus subdiaconus dant et cedunt Wilielmo Guaraco nomine gambii (1) quartam unius tabule terre positam in civitate Ianue in ora Sancti Laurentii et infra has coherentes: a duabus partibus coheret domus Wilielmi Guarachi, antea via, a latere domus filiorum quondam Wilielmi Caxici. Quam quartam dant nomine gambii, et insuper adiungunt lib. .xviii., et quas idem Wilielmus confitetur se recepisse ab eis, et quietum se clamat et pagatum. Et Wilielmus dat eis nomine gambii et cedit terram suam de Bavali que dicitur Closa et sicut est infra closam et sicut est clausa, qui coheret ab una parte terra heredis Wilielmi Mazazi, a tribus partibus via. Et possessionem confitentur ad invicem se tradidisse. Et hoc garium promittunt ad invicem tenere et habere firmum et ratum et contra non venturos per se neque per suos successores, et ab omni homine defendere ad invicem, sub pena lib. .L. vicissim stipulata, rato manente gambio. Et pro pena canonici bona ecclesie ei stipulanti et ipse Wilielmus eis sua bona cum stipulatione pignori obligant ad invicem. Testes archipresbyter Obertus de Bavali, Wilielmus Ferrandus, Gandulfus de VigoLongo, Obertus Salicus, Gerardus de Vice Domino. In canonica ecclesie Sancti Laurentii, ea die.

1682. *Il predetto prevosto e gli altri canonici danno quitanza di una somma a Guglielmo Guaraco.* 4 marzo 1192.

(1) *In soprolinea:* nomine gambii.

[Wilielmi Guarachi]] (1).

Predictus prepositus et canonici prefati confitentur se recepisse a Wilielmo Guaraco lib. .LXXXVI. et sol. xv. et den. .III., et quietos se clamant et pagatos ab eo. Et qui denarii fuerunt de pretio tabule unius terre minus pedes .III. mortui quam vendidit ei prepositus Obertus iuxta campanile Sancti Laurentii. Et de pretio domus quam vendidit prepositus Obertus eidem Wilielmo iuxta campanile Sancti Laurentii, et de quo pretio solvendo fuit carta quam fecit Hospinellus notarius, et in qua obligavit pignori canonicis terram suam de Bavali, et quam cartam predicti penitus cassant et evacuant, et omne ius quod per eam habent super Wilielmo vel super rebus eius et de cetero nullius sit valentie. Ea die et loco et testibus.

1683. *Ugo di Begai pagherà una somma a Tebaldo Reverzolo o a Guala alla prossima fiera di Provins. 4 marzo 1192.*

Tebaldi Reverzoli].

Confitetur Hugo de Begai se daturum (2) Tebaldo Reverzolo vel Guale lib. .xx. bonorum previdixum in proxima feria de Pruins de Majo. Et si forent peiorati de lege vel de peso, pro sol. .XLVIII. marcam argenti boni. Et expensas et dampnum et mutuum, et sua bona pignori obligat sub pena dupli. Et Zimignanus de Zimignano debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavitur principalem debitorem primo conveniri. Testes Germanus, Peirus Bergognonus tornaor. In curia Gontardorum, ea die.

1684. *Monaco Quadragesima pagherà una somma ad Ambrogio di Zavar e a Corrado Zooler un mese dopo pasqua. 5 marzo 1192.*

[fo. 91 v.] (3). Ambroxij de Zavar].

Confiletur Monacus Quadragesima se daturum Ambroxio de Zavar et Currado Zooler (4) lib. .XXIII. minus den. .VIII. den. jan. ad mensem .I. post pasca proximam. Et expensas et dampnum et mutuum a termino inde. Et sua bona pignori obligat. Testes Wilielmus Fornarius, Melanus Abbas. Sub volta Fornariorum, die .V. martii.

(1) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) Cancellato: Oddoni de P.

(3) Nel margine superiore: In martio.

(4) Zoeler (?).

1685. *Martino drappiere e Fancello pagheranno una somma a Nicola Biondo e a Gilio Vitello a pasqua. 5 marzo 1192.*

Nicole et Gilij].

Confitetur Martinus draperius et Fancellus (1) se daturum Nicole Blondo et Gilio Vitello lib. .xxi. ad pasca proximam sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. In botea Piperorum, ea die. Testes Wilielmus Rizisom, Martinus de Tolosa.

1686. *Oberto, figlio del fu Bonico di Solario, dà quitanza della dote della moglie Piacenza. 5 marzo 1192.*

Patrimonium Placentie].

Confitetur Obertus filius quondam Bonici de Solario pellizarius se habuisse de dote sue uxoris Placentie lib. .xiii., et quas confitetur se expendisse in edificio domus quam edificat super terram Sancti Ambroxij in civitate Ianue. Et inde eandem domum et reliqua bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Grillus de Canneto, Obertus Blancus, Anselmus de Pallo.

1687. *Balduino Vivusitis pagherà una somma a Brozorolo da Milano a S. Giovanni. 5 marzo 1192.*

Brozoroli].

Confitetur Balduinus VivusSitis se daturum Brozorolo de Mediolano lib. .xxii. minus sol. .iii. ad sanctum Iohannem proximum, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Stephanus de Clavica, Belengerius de Narbona.

1688. *Otto di Sestri Levante stipula una accomandatio per traffici in Sardegna con Alasia, moglie del fu Gionata Cavarunco. 5 marzo 1192.*

Adalaxie de Cavaruncis].

Confitetur Otto de Sejestri se portare ab Alaxia uxore quondam Jonathe Cavarunci lib. .vii. in Sardiniam et inde quo ierit cum suis causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et voluntate Wilielmi de Canneto presentis cum quo habet societatem. In curia Gontardorum, ea die. Testes Freudentio Gontardus, Iohannes Leo, Iohannes Cavaturta.

(1) *In soprallinea:* et Fancellus.

1689. *Gandolfo di Biliarda riconosce di avere una somma di Gia como di Bombel per traffici.* 5 marzo 1192.

Iacomi de Bombel].

Confitetur Gandulfus de Biliarda se habere lib. .xxviii. a Iacomo de Bombel causa negotiandi et implicandi bona fide usque ad sanctum Michelem proximum in Ianua (1), et tunc dare promittit et medietatem proficui quod Deus dederit bona fide. Et debet implicare separatim, et sine expensis preter in furnire res. Et si deinceps tenuerit, similiter promittit attendere. Et sub pena dupli in suis bonis. Testes Wilielmus Guertius Ostaliboj, DeusBonus (2). In domo Ingonis Longi, ea die.

1690. *Oberto Falzone pagherà una somma a Donnioto Malabaila nella prossima fiera di Provins con la garanzia di Belardo Belardungo e Belardo Cujalda.* 5 marzo 1192.

Donnioti].

Confitetur Obertus Falzonus se daturum Donnioto Malabaile lib. .xlviij. bonorum previdixum in proxima feria de Pruins de majo. Et peioramentum, pro sol. .lxxii. marcam argenti fini. Et expensas et dampnum et mutuum in verbo creditoris (3). Et sua bona pignori obligat. Et Belardus Belardungus et Belardus Cujalda debitores et pagatores in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ober-tus de Viver, Wilielmus Mesclavinus, Rolandus Rabia.

1691. *Giovanni di Gueza, figlio di Filippo, contrae una accoman-datio con Giosberto e con Musso.* 6 marzo 1192.

Iosberti et Musso].

Confitetur Iohannes de Gueza filius Philippi (4) se portare in accomendatione a Iosberto et a Musso lib. .lxiii. quo ierit et sibi videbitur causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Et de suis lib. .lxx., que debent lucrari et expendere per libram. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub volta Fornariorum, die .vi. martii. Testes Enricus Mazalis, BonusVasallus Pignolus.

(1) *In sopralinea:* in Ianua.

(2) Dibonus (3).

(3) *In sopralinea:* in verbo creditoris.

(4) *In sopralinea:* filius Philippi.

1692. *Ogerio de S. Lorenzo contrae una accomandatio con Guglielmo Rataldo. 6 marzo 1192.*

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Ogerius de Sancto Laurentio se portare in accomendatione a Wilielmo Rataldo lib. .XLIII. et sol. .XII. in Siciliam et inde in alio viatico uno tamen quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide ad quartam proficui. De Sicilia vero vel de alio viatico si fecerit reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Iohannes Mazamor, Gastaldus censarius.

1693. *Amerigo, figlio di Vivaldo da Costa, dà quitanza della dote della moglie Sibilla. 6 marzo 1192.*

Patrimonium Sibilie].

Confitetur Aimirigus filius Vivaldi de Costa emancipatus se habuisse de dote Sibilie filie Oberti Stancamolini lib. .XXIII. a Wilielmo suo cognato, et quietum se clamat et pagatum, et abrenunciat exceptioni non numerate dotis. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat tantum in suis bonis quod bene valeat lib. .XII. ad habendum, tenendum, et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis omnia bona sua habita et habenda Wilielmo suo cognato recipienti pro sorori pignori obligat. In domo Enrici Cevolle, ea die. Testes Bonus Vasallus filius quondam Iordani Bastoni, Enricus Cevolla, Raimundus de Sagona, Bernition Barilaris.

1694. *Baldo Rosso riconosce un suo debito a Bertramo da Embriaco. 11 marzo 1192.*

Bertrami Embriaci].

Confitetur Baldus Rubeus se habere a Bertramo de Embriaco lib. .LXXXI. den jan. quas ei reddere et dare promittit ad kalendas septembris proximi, et scoximentum sicut dicet Rubaldus Detesalvus, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra, nisi quantum et cetera, et si terminum vel cetera. Et Rubaldus Detesalvus et Ido Señestralis debitores et pagatores in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio. Iurat etiam ita attendere, nisi quantum et cetera. Sub porticu Rubaldi Detesalvi, ea die. Testes Gastaldus cen-

sarius, Petrus Bergognonus, Iohannes CanisVetus, Robertus filius Hugonis Bernardi.

1695. *Ido di Cavaleso pagherà una somma a Raimondo Baltigario.* 6 marzo 1192.

Paimundi Baltigarii].

Promittit Ido de Cavalexo se daturum Raimundo Baltigario lib. .x. ad pasca et sol. .c. per totum augustum pro terra de Ficu Nigrario de costa de Olivastro, et que fuit Alde filie Gandulfi Steche, unde fecit finem et remissionem. Cuius terre possessionem retinet in se, set precario concedit ei (1) taliter ut si non pagaverit ut supra, Ido omne ius quod habet in ea terra ei remittit et cedit, et ita nullum pactum quod fecerit ei Raimundus noceat Raimundo et totum quod habuisset esset proprium Raimundi (2). Ante domum eiusdem Raimundi, ea die. Testes Lafrancus Papa, Wilielmus Manjapanis, Obertus Sanguinentus.

1696. *Raimondo Baltigario dà quitanza di una somma a Idone di Cavaleso.* 6 marzo 1192.

[*fo. 92 r.*]. Idonis de Cavalexo].

Raimundus Baltigarius confitetur se recepisse ab Idone de Cavalexo lib. xv., et quietum se clamat et pagatum, unde ei facit finem et refutationem omnifariam et remissionem, et transactiōnem de tota terra de Olivastro de Ficu Nigrario, et de omni iuri et actione quod vel quam habet in ea vel occasione illius terre, et que fuit Alde filie Gandulfi Steche, et cui terre coheret a duabus partibus terra Calvi et a duabus via. Et possessionem cuius terre et tocius rationem quam habet in ea vel quia (3) possessionem ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Et promittit quod de cetero nullam requisitionem nec actionem movebit ei nec alicui pro eo per se nec per alium pro se, sub pena dupli, in suis bonis, rato manente pacto. Iurat etiam attendere et observare ut supra firmum et ratum et contra non venturum per se nec per alium pro se occasione minorationis vel qualibet alia occasione. Et facit hec omnia consilio et auctoritate suorum parentum Lafranci Pape curatoris eius electi et vocati ab eo in hoc facto et Wilielmi Manjapanis. Et Mabilia

(1) *Cancellato:* et qua cuius terre ius quod Ido in ea habet Raimundo pignori obligat.

(2) *Per postilla:* et totum quod habuisset esset proprium Raimundi.

(3) quasi (?).

mater eiusdem Raimundi remittit eidem Idoni omne ius quod habet in predicta terra aliqua occasione, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri, et consilio predictorum. Ea die et loco et testibus. Et confitetur esse maiorem annis .xx.

1697. *Belardo Grugno pagherà una somma a Enrico Gisberto alla prossima fiera di Provins con la garanzia di Belardo Belardungo e Sorlion Deladato.* 6 marzo 1192.

Enrici Iosberti].

Confitetur Belardus Grugnus se daturum Enrico Iosberto lib. .xl. bonorum previdixium in proxima feria de Pruins de majo. Et si forent peiorati de lege vel de peso vel abatuti, dare promittit marcam argenti fini ut ascendet de toto debito pro sol. .xlvi. (1). Et si ita non pagaverit in feria, in Ianua ad dies .xv. ex quo venerit a feria pro quibuslibet den. .xii. previdixium dare promittit den. jan. .xvii. Et expensas et mutuum et totum dampnum restituere in verbo creditoris et sine sacramento. Et Belardus Belardungus et Sorlion Deladatus debitores et pagatores, et sua bona pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Ober-tus Blancus, Iacomus filius Bernardi calegarii. Sub volta Fornario-rum, (2) die .vi. martii.

1698. *Belardo Grugno pagherà una somma a Donnioto Malabaila alla fiera di Provins con la garanzia di Opizo Arancabosco.* 6 marzo 1192.

Donnioti].

Confitetur Belardus Grugnus se daturum Donnioto Malabaile lib. .xviii. bonorum previdixium in proxima feria de Pruins de majo. Et peioramentum, pro sol. .xlvi. marcam argenti fini. Et expen-sas et dampnum et mutuum in verbo creditoris. Et sua bona pi-gnori obligat. Et Opizo Arancaboscus debitor et pagator, et sua bona pignori obligat, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Wilielmus Mes-clavinus, Curradus Preveengus, Obertus Bozulinus.

1699. *Ido Senestralis da Savona pagherà una somma ad Anna, moglie di Angelotto di Caffara, al giorno della purificazione*

(1) In sopravlinea: pro sol. .xlvi.

(2) Cancellato: ea.

colla garanzia di Rubaldo Diotisalvi e Guglielmo Riccio di Astrico. 6 marzo 1192.

Anne uxoris Angeloti de Caffara].

Confitetur Ido Senestralis (1) de Sagona se daturum Anne uxori Angeloti de Caffara lib. .ciii. ad purificationem sancte Marie proximam, sub pena dupli. Iurat etiam pagare ut supra nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera, et quod occasione usure vel ecclesie non faciet ut perveniat ad aliquod dampnum. Et Rubaldus Detesalus et Wilielmus Ricius de Astrico debitores et pagatores sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio. In ecclesia Sancti Ambroxii, ea die. Testes Wilielmus de Caffara, Gastaldus censarius, Balduinus Pertusus, Curradus Monederius.

1700. *Bartolomeo da Lucca prende impegno di vendere a Lucra merce di Rolando da Lucca. 7 marzo 1192.*

Roland de Luca].

Confitetur Bartholomeus de Luca se portare ad Lucam cent. .viii $\frac{1}{2}$. grane de Ispania causa vendendi bona fide et trahendo sibi inde lib. den. jan. .cxiii. Totum superfluum quod fuerit promittit adducere vel mittere Rolando de Luca ad fortunam Rolandi, preter ab homine de Luca. Et ita promittit attendere usque ad pasca, bona fide (2), et sine fraude. Rationando genuinos ad .xviii. lucenses. Testes Rolandus Merlus, Wido Caraben. Sub volta Fornariorum, die .vii. martii. Et sua bona pignori obligat.

1071. *Guglielmo Barca prende a prestito marittimo una somma da Giordano Ricerio. 7 marzo 1192.*

Jordani Ricerij] (3).

Confitetur Wilielmus Barca se cepisse mutuo a Iordanu Ricerio lib. ccxx. den. jan., unde ei vel Raimondo Unaldo vel certo misso alterius eorum per se vel suum certum missum dare promittit uncias auri de tarino .ccccx. et quartam mundas ab omni drichto ad duos menses proximos ex quo fuerint in Messinis vel in Panormi, ad pondus Panormi vel Messinarum ubi fecerint portum, salva

(1) *Cancellato:* se.

(2) *Cancellato:* usque

(3) *Il notaio ha cancellato il documento, linea per linea. Molte parole sono difficili a leggersi.*

eunte nave vel (1) salvis euntibus rebus navis vel sicut iverint res per libram. Et inde totum quod comparabitur de predictis libris et insuper lib. .c. de suis propriis ei pignori obligat, tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra Raimundus vel suus missus vendat predictum pignus sua auctoritate et licentia Wilielmi Barce vel impignoret ut sit quietus de predictis unciis. Insuper promittit secundare Raimundum et predictas lib. .cccc. a domino rege Sicilie et ab omnibus hominibus sui districtus, et in eundo et redeundo, preter a piratis et a latronibus. Et si rex vel aliquis de suo districtu faceret aliquam toltam, Wilielmus Barca totum dampnum restituere promittit, sub pena dupli. Et si pirata vel latro auferret ei predictas res vel de predictis cum de rebus Wilielmi Barce, et Barca recuperaret de suis, per libram promittit ei restituere, tractis expensis quas inde faceret et bona fide promitti dare operam recuperandi (2), sub pena dupli. Et promittit ei quod de predicto pignori nullam tenutam faciet nec facere per se nec per alium pro se, immo bona fide promittit defendere si impediretur. Et si infra (3) duos menses pignus predictum venderetur, Raimundus recipiat pretium usque dum fuerit pagatus de predictis unciis. Et ex quo movebitur a portu Ianue, Wilielmus Barca promittit Raimundo dare ei et eius servienti viandam usque dum predicte uncie fuerint pagate. Et si predictas uncias non pagaverit ut supra, ad mensem .i. proximum ex quo reversus fuerit in Ianua, dare promittit pro uncia non soluta sol. .l. (4), sub pena dupli in suis bonis. Iurat etiam hec omnia ut supra attendere et observare bona fide et sine fraude et contra non venturum in aliquo predictorum (5) nisi quantum licentia Raimundi vel sui certi missi vel justo Dei impedimento, vel [fo. 92 v.] oblivione, et si terminum vel terminos. Et si oblivio vel iustum Dei impedimentum intervenerit, eis transactis, similiter tenebitur. In domo Lafranci Ricerij, die .vii. martii. Testes Wilielmus de Pallo, Lafrancus Ricerius, Bonus Vasallus Zaritola, Anselmus de Pallo. Item, eadem die, Nicolosus de Oria promittit attendere pro Wilielmo Barca per omnia ut supra de lib. .cccc. (6) eo presente et volente, si ipse non attenderet ut supra, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit de lib. .cccc. (6) et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti

(1) *Cancellato*: maiori par.

(2) *In sopravlinea*: et bona fide promittit dare operam recuperandi.

(3) *Cancellato* (?): pret.

(4) *Lettura incerta*.

(5) *In sopravlinea*: in aliquo predictorum.

(6) *In sopravlinea*: de lib. .cccc.

pignori obligat sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Testes Lafrancus Ricerius, Bonus Vasallus Zaritola, Wilielmus Malcatiatus. In curia heredum Simonis de Oria, sub porticu.

1702. Guglielmo Galleta da garanzia ad Anselmo Sardena circa la dote di Adalasia. 8 marzo 1192.

Anselmi Sardene].

*Promittit Wilielmus Galleta Anselmo Sardene facere securitatem de dotibus Adalaxie filie quondam Ansaldi Sardene ad mensem .i. proximum ex quo petiverit ab eo, in laude sapij Anselmi et in sua voluntate. Iurat etiam ita attendere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Testes Raimundus Baltigarius, Simon Sardena. In domo eiusdem Raimundi, die .viii. martii.

1703. Guglielmo Scoleta pagherà una somma a Ugone tajaor. 8 marzo 1192.

Hugonis tajaor].

Iurat Wilielmus Scoleta se daturum Hugoni tajaor totum quod poterit lucrari bona fide et sine fraude pro incidere et pro sucre vel occasione illa usque ad kalendas martii proximas, et ei dare et consignare vel eius certo misso, et non defraudare ultra sol. .x., nisi quantum remanserit licentia eius, sub pena dupli (1). Et ipse promittit ei dare lib. .xii., sub pena dupli. Testes Rolandus de Canneto, Iacomus filius Bernardi calegarii, Hugo de Paver. In domo (2) Ingonis Longi, ea die.

1704. Enrico Mazale contrae una accomandacio con Fredenzione Gontardo. 9 marzo 1192.

Fredentionis Gontardi] (3).

Confitetur Enricus Mazalis se habere a Fredentione Gontardo lib. .xxiii $\frac{1}{2}$., de quibus medietas est sue uxoris Guilie, causa portandi et faciendi sicut sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et debet facere expensas per libram. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub volta Fornario.

(1) *In sopravlinea*: sub pena dupli.

(2) *Cancellato*: Hug.

(3) *Documento cancellato riga per riga dal notaio.*

rum, die .viii. martii. Testes Suzus Bonus, Wilielmus Pontius, Wilielmus Rizisom.

1705. *Giovanni Romano, figlio del fu Romano, prende a mutuo una somma da Mabilia, moglie di Giovanni Balbo. 9 marzo 1192.*

Mabilie].

Confitetur Iohannes Romanus filius quondam Romani se cepisse mutuo pro amore a Mabilia uxore Iohannis Balbi sol. .c. den. jan., quos ei reddere promittit usque ad annum proximum, sub pena dupli. Iurat etiam ita attendere, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et confitetur esse maiorem annis .xx. Testes Bonus Vasallus de Cartagenia, Ogerius Zarela. Sub volta Fornariorum, ea die.

1706. *Guido Gabia di Lucca pagherà una somma a Coenna di Luca alla prossima pasqua. 7 marzo 1192.*

Coenne].

Confitetur Guido Gabia de Luca se daturum Coenne Lucensi lib. .xvii. ad pasca proximam, sub pena dupli. Et confitetur idem Guido se portare in accomendatione ab eodem Coenna saccum .i. cum mini preti lib. .viii. minus sol. .v. et cant. .ii $\frac{1}{2}$. aluminis pretij lib. .vii $\frac{1}{2}$., ad medietatem proficui, et ballam .i. fustanei cum involia pretii lib. .xvii. et sol. .vi., pro qua Coenna debet dare sol. .x., causa vendendi bona fide ad Lucam. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Testes Ogerius de Cartagenia, Ogerius Zarela. Sub volta Fornariorum, die .vii. martii.

1707. *Rubaldo, figlio di Anselmo Garazi, e l'arciprete Opizone di Rivarolo contraggono una societas per Orano. 9 marzo 1192.*

Archipresbyteri de Rivaroli].

Confitetur Rubaldus filius Anselmi Garazi iussu sui patris presentis se portare in societate ab archipresbytero Opizone de Rivaroli lib. .m. et de suis sol. .xxx. Guarandum et quo ierit causa negotiandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et si ita non attenderit vel in sua culpa devastaverit, idem Anselmus predictas libras et totum dampnum ei restituere promittit, sub pena

dupli abrenuncians omni iuri (1). Sub volta Fornariorum, die .viii. martii. Testes presbyter Rainaldus de Langasco, Grillus de Canneto, Iohannes cazaor.

1708. *Enrico Mazale contrae una accomandatio con Bongiovanni di Caffaro.* 9 marzo 1192.

Bonilohannis de Caffara].

Confitetur Enricus Mazalis se habere a Bonolohanne de Caffara lib. .l. causa portandi quo sibi videbitur melius causa negotiandi. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub volta Fornariorum, die .viii. martii. Testes Bonus ^{Va} sallus Pignolus, Lafrancus Porcus.

1709. *Enrico Mazale contrae una accomandatio con Giosberto Musso e Amico, draperius.* 9 marzo 1192.

Iosberti et Mussi et Amici].

Confitetur Enricus Mazalis se portare a Iosberto et a Musso et ab Amico draperii drapum .i. de grana et drapum .i. de Razo pretij lib. den. jan. .xxxiii. et sol. .xv. quo ierit et sibi videbitur causa negotiandi, ad quartam proficui. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi. Et debet facere expensas per libram. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Sub porticu Ingonis Longi, die .viii. martii. Testes Hugo Fornarius, Ogerius Testa.

1710. *Enrico Mazale contrae una accomendatio con Ugone Fornario.* 9 marzo 1192.

Hugonis Fornarii] (2).

Confitetur Enricus Mazalis se portare in accomendatione (3) ab Hugone Fornario lib. .CLXVI. in Siciliam. Set si invenerit Hugonem ibi et Hugo voluerit habere res istas, Enricus debet dare. Et si non invenerit eum vel ipse noluerit, portet quo sibi videbitur causa negotiandi, et mittat et faciat ut melius sibi videbitur causa nego-

(1) *In sottolinea:* abrenuncians omni iuri.

(2) *Documento cancellato riga per riga dal notaio.*

(3) *Cancellato:* a Wilielmo Fornario.

tiandi bona fide. Ad quartam proficui. Et (1) faciat expensas per libram exinde. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco. Testes Ogerius Testa, Iosbertus.

1711. *Enrico Mazale prende una somma da Trincherio di Savona per negoziarla.* 9 marzo 1192.

Trencherij].

Confitetur Enricus Mazalis se portare a Trencherio de Sagona lib. .xx. gratis quo ierit. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi. Et debet facere expensas per libram et in furnire res. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. In domo Wilielmi Achilei, ea die. Testes Pascalis Bocacius, Bonus Vasallus Pignolus.

1712. *Enrico Mazale contrae una accomendatio con Giovanni di Marino.* 9 marzo 1192.

[fo. 93 r.] Iohannis de Marino].

Testes Pascalis Bocatius, Pascalis Porcus, Hugo Porsus. Sub volta Fornariorum, die .viii. martii. Confitetur Enricus Mazalis se portare in accomendatione a Iohanne de Marino lib. .xxxv. et sol. .xvi. quo ierit. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi. Ad quartam proficui. In reditu vero Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.

1713. *Ogerio di San Lorenzo contrae una accomandatio con Rugero Nosenzio.* 9 marzo 1192.

Rogerij Noxentij].

Confitetur Ogerius de Sancto Laurentio se portare a Rogerio Noxentio lib. .lxiii. et sol. .vii. in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius causa negociandi ad quartam proficui. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et debet facere expensas per libram. Ea die et loco. Testes Iohannes cognatus Carli, Iohannes Moneta, Iohannes Mazaror.

(1) Cancellato: deb.

1714. *Pasquale Porco e Ogerio Scoto dividono l'utile di una società.* 10 marzo 1192.

Pascalis Porci].

De societate quam habebat Pascalis Porcus cum Ogerio Scoto de proficuo et de hoc (1) quod habebat Pascalis super societatem de suo proprio, Ogerius Scotus confitetur habere cent. .viii. brazilis et cibillinas .vi. et terciam. Et Pascalis confitetur (2) et bis. .lxiii. quos dimisit Pascalis Porco suo fratri de eodem proficuo (3) Ultramar. Et de his debet pagare Ogerius lib. .xlii. Testes Wilielmus Fornarius, Wilielmus de Infantibus, Iohannes Mazamor. Sub volta Fornariorum, die .x. martii.

1715. *Grillo pagherà una somma a Brozaro e a Domenico di Cosato al prossimo S. Michele.* 10 marzo 1192.

Brozarolis et Dominici].

Confitetur Grillus se daturum Brozaro et Dominico de Coxato lib. .li. ad sanctum Michelem proximum, sub pena dupli. Testes Wilielmus Guertius Ostaliboj, Lafrancus Ricerius. Ea die et loco.

1716. *Ogero Treteste prende a mutuo una somma da Oddone di Melazzo.* 10 marzo 1192.

Oddonis].

Confitetur Ogerius TresTeste macellarius se cepisse mutuo ab Oddone de Melazo lib. .vii. den. jan., quas promittit reddere usque ad annum proximum, et inde ei pignori obligat sub pena dupli totum castagnetum quod habet in Consigno et in monte de Vataro et quod (4) emit sine habet per hospitale de Rivaroli ita ut habeat (5) fructum inde provenientem totum suo dono. Et possessionem confitetur ei tradidisse nomine pignoris. Et si usque ad annum non pagaverit, inde ad annum similiter dat et cedit fructum totum suo dono. Et si usque ad annos duos non pagaverit, promittit Oddoni facere cartam venditionis de predicto castagneto in laude sapij eius. Et si plus de lib. .vii. valuerit, Oddonus promittit dare, sub pena dupli, et si minus de lib. .vii. valeret, Ogerius promittit ei complere in reliquis suis bonis, sub pena dupli.

(1) *Cancellato:* proficuo; *in sopravlinea:* hoc.

(2) *In sopravlinea:* Et Pascalis confitetur.

(3) *In sopravlinea:* de eodem proficuo.

(4) *Cancellato:* habet.

(5) *habeat usumfructum (9).* Il notaio ha mutato le lettere.

Ea die et loco. Testes Wilielmus de Pallo, Wilielmus Guertius Ostaliboj.

1717. *Rufino di Canneto pagherà una somma a Rolando di Fontana per certi drappi.* 10 marzo 1192.

Roland de Fontana].

Confitetur Rufinus de Canneto se comparasse a Rolando de Fontana drapos .xv. de Dicamuda, unde ei dare promittit lib. den. jan. .cv. per totum madium proximum, tali pacto quod Rolandus retinet in se possessionem draporum. Et inde bona sua ei stipulanti pignori obligat sub pena dupli. Et quos drapos Pinellus tinctor confitetur habere a Rolando in accomendatione tali pacto ut si non fuerit pagatus ut supra, promittit (1) dare predictos pan nos Rolando tintos et sine expensis Rolandi vel pagare predictas libras (2) sub pena dupli, abrenuncians omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .x. martii. Testes Manfredus Guertius, Arduinus de Canneto, Obertus Rumenta.

1718. *Pasquale Porco, Ogerio Scoto e Guglielmo Fornario, contraggono una societas.* 10 marzo 1192.

Ogerij Scoti et Wilielmi Fornarij].

Confitetur Pascalis Porcus se portare in societate ab Ogerio Scoto lib. .cl. et a Wilielmo Fornario lib. .l. et de suis lib. .c. in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverit portum Ianue cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Et super societatem portat de proficuo societatis quam (3) habuit cum Ogerio Scoto et de proficuo librarum quas idem Pascalis habebat super societatem de suis propriis lib. .xl. causa negotiandi, que debent lucrari et expendere per libram. Et possit mittere eis in Ianua et cum testibus. Ea die et loco. Testes Wilielmus de Infantibus, Wilielmus Sine Brachiis, Iohannes cazaor.

1719. *Trancherio di Piazzalunga pagherà una somma a Matteo, suo figlio.* 10 marzo 1192.

(1) *Cancellato:* ei.

(2) *In soprallinea:* vel pagare predictas libras.

(3) *Cancellato:* habet cum.

Mathej].

Promittit Trancherius (1) de PlateaLonga se daturum Matheo suo filio emancipato libratas .cc. in domo sua et in turri sua, et quod in eis defecerit in reliquis suis bonis in quibus maluerit tamen Trancherius in laude publicorum (2) extimatorum preter in feudis pro emancipatione quam (3) fecit ei, et promisit. Et possessionem ei confitetur se tradidisse cum dominio in domo et turri (4). Actum in Sarzano, die .x. martii. Testes Ansaldus Buferius, Philippus Cavaruncus, Ido Stanconus, Opizo Guertius, Iordanus Ilo.

1720. *Matteo, figlio di Trincherio di Piazzalunga, dà quitanza della dote alla moglie Anna e le costituisce l'antifatto.* 10 marzo 1192.

Patrimonium Anne].

Confitetur Matheus filius Trencherij de PlateaLonga emancipatus se recepisse de dote sue uxoris Anne filie Wilielmi Buferii lib. den. jan. .c. ab Ansaldo Buferio, et quietum se clamat et pagatum, et abrenunciat exceptioni non numerate peccunie. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat tantum in suis bonis quod bene valeat lib. .c. ad habendum, tenendum et quicquid voluerit faciendum, pro more et consuetudine civitatis Ianue, et pro omnibus prescriptis omnia bona sua habita et habenda Ansaldo Buferio recipienti pro Anna pignori obligat. Ea die et loco et testibus.

1721. *Matteo, figlio di Trincherio di Piazzalunga, e Ansaldo Buferio contraggono una societas per traffici a Messina e altrove.* 10 marzo 1192.

Ansaldi Buferij].

Confitetur Matheus filius Trancherij (5) de PlateaLonga se portare in societate ab Ansaldo Buferio lib. .cxlii. et de suis lib. .lxxi. Messinas et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide. Et si sibi videbitur possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exi-

(1) O Trencherius.

(2) *In sopravlinea:* publicorum.

(3) *Mutato dal notaio in gua (?)*.

(4) *In sopravlinea:* in domo et turri.

(5) Trencherii.

verit portum Ianue cum capitali. Et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Ea die et loco et testibus.

1722. *Ogerio di S. Lorenzo contrae una accomandatio con Michele Vozicanto.* 10 marzo 1192.

Michelis Vozicanti].

Confitetur Ogerius de Sancto Laurentio se portare in accomendatione a Michele Vozicanto osbergum .i. pretij lib. .vii. et sol. .xii. in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et confitetur Michel quod medietas est Petri Granarie et alia medietas est de societate quam habet cum (1) Rogerio Noxentio, cuius voluntate et presentia mittit. Sub volta Fornariorum, die .x. martii. Testes Iohannes de Moneta, Lafrancus Guertius.

1723. *Ogerio di S. Lorenzo contrae una accomendatio con Pasio da Lucca per traffici in Sicilia e altrove.* 10 marzo 1192.

[fo. 93 v.] (2) Paxij].

Confitetur Ogerius de Sancto Laurentio se portare in accomendatione a Paxio de Luca lib. .ccxiii. in Siciliam et inde in alio viatico uno tamen quod sibi videbitur melius causa negotiandi, bona fide, ad quartam proficui. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus (3). De Sicilia vero vel de alio viatico si fecerit reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et sunt predicta in platis .vi. quas debet portare idem Ogerius et Matheus filius Trancherij (4) de Platea Longa, et que plate sunt communiter per medietatem inter Ansaldum Buferium et Paxium, et que plate sunt pretij lib. .ccccxxvi. Et in eisdem platis ultra hec habet Paxius virides .iii. Et ita confitentur esse Ansaldus et Paxius. Sub porticu eiusdem Ansaldi, (5) die .x. martii. Testes Iacobus iudex, Fredentio pellizarius. .MCLXXXII., indictione .viii.

1724. *Ogerio prende tre pezze di panno da Pasio per venderle in Sicilia.* 10 marzo 1192.

(1) Cancellato: Pe.

(2) Nel margine superiore: In martio.

(3) Cancellato: in re.

(4) Trencherii.

(5) Cancellato: ea.

Ogerij et Paxij].

Confitetur Ogerius portare a Paxio nomine pignoris petias .iii. viridis causa vendendi in Siciliam bona fide et pagandi se unc. .xxii $\frac{1}{2}$. auri de tarino pro lib. .xlvi. quas confitetur Paxius se recepisse ab eo. Et si quod defuerit, Paxius complere promittit in reliquis suis bonis sub pena dupli (1). Et si quod superfuerit, Ogerius promittit dare Paxio sub pena dupli (2). Et pignus debet ire ad fortunam Ogerij in quantum sunt (3) lib. .xlvi., et aliud ad fortunam Paxij. Ante domum Marchesij de Volta, ea die. Testes Cardinalis Vojadiscus, Ansaldus de Rodulfo.

1725. *Ogerio contrae una accomendatio con Marchisio de Volta.*
10 marzo 1192.

Marchesij de Volta, p].

Confitetur idem Ogerius se portare in accomendatione a Marchesio de Volta lib. .lxvi. in Siciliam et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi bona fide, gratis. Et si sibi videbitur, possit mettere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco et testibus.

1726. *Ogerio contrae una accomandatio con Michele Bergognono per traffici in Sicilia.* 10 marzo 1192.

Michelis].

Confitetur idem Ogerius se portare lib. .iii. in cincturis (4) a Michele Bergognono in Siciliam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco. Testes Marchesius de Volta, Hugo Fornarius, Paxius de Luca.

1727. *Peiro, sarto di Grass, pagherà una somma a Balduino Gotofredo Campo e a Simone di Iser 15 giorni dopo pasqua con la garanzia di Raimondo di Misel.* 10 marzo 1192.

Balduini].

Confitetur Peirus sartor de Grassa se daturum Balduino Gotofre-

(1) *In sopralinea*: sub pena dupli.

(2) *In margine*: sub pena dupli.

(3) *Cancellato*: unc.

(4) *In sopralinea*: in cincturis.

do Campo lib. .xii. jan., et Simoni de Iser lib. .x., ad dies .xv. post pasca proximam, sub pena dupli. Et Raimundus de Misel debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, die .x. martii. Testes Wilielmus Rizisom, Iohannes de Porta, Vitalis de Grassa.

1728. *Raimondo di Misel pagherà una somma a Balduino Gotefredo Campo 15 giorni dopo pasqua.* 10 marzo 1192.

[Balduini]] (1).

Confitetur Raimundus de Misel se daturum Balduino Gotefredo Campo lib. .xv. jan. ad dies .xv. post pasca proximam, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus,

1729. *Giovanni Advocario vende beni a Suzubono.* 10 marzo 1192.

SuzuBoni].

Iohannes Advocarius vendit SuzoBono medietatem domus et medietatem turris quam videtur habere et possidere in civitate Ianue in carrubio Sancti Laurentii cum omni iure et comodo et utilitate, nichil in se retento, pretio lib. den. jan. .cl., cui coheret a duabus partibus via publica, et ab aliis duabus domus emptoris. Et de pretio clamat se quietum et pagatum, et abrenuntiat exceptioni non numerate peccunie (2) et quod plus valet titulo emptioonis et donationis inter vivos ei cedit. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Ab omni homine defendere et auctorizare promtiti per se suosque heredes ei eiusque heredi sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit hec vendita, sub extimatione in consimili loco. Et (3) Adalaxia uxor eiusdem Iohannis consilio sue matris (4) remittit emptori omne ius quod habet in predicta vendita occasione patrimonij vel antifacti vel qualibet alia occasione, abrenuncians decreto consultus Velleiani, legi Iulie, iuri hypothecarum, et omni iuri. Iurat etiam idem Iohannes super animam suam et animam uxoris licentia

(1) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) Per postilla: et abrenuntiat... peccunie.

(3) Cancellato: Adaxal.

(4) In soprolinea: consilio sue matris.

eius si Deus adiuvet se et illam hanc venditam tenere et habere firmam et ratam et contra non venturos, nec de pretio requisitionem facturos, et attendere ut supra. Et faciunt hec ambo consilio suorum parentum Enrici Lecavele et Wilielmi de Pallo. In domo Iacomi de Turca, ea die. Testes Wilielmus Bocca et consiliatores.

1730. *Suzubono restituirà per una data somma a Giovanni Advocario i beni da questo a lui venduti precedentemente.* 10 marzo 1192.

Iohannis Advocarij].

Promittit SuzusBonus Iohannis Advocario se redditurum ei comparam quam fecit ab eo de medietate domus et de medietate turris cum omni iure sicut dedit sibi si Iohannes Advocarius pagaverit (1) sibi vel suo misso per se vel suum missum lib. den. jan. .CLXXV. usque ad kalendas martii proximi, sub pena dupli, ita tamen ut si ipsi vel alter eorum voluerint ut extimet a publicis extimatoribus vel a communibus amicis, debet extimari a kalendis martii proximi ad dies .VIII. proximas. Et si fuerit extimata minus lib. CLXXV., Iohannes Advocarius promittit completere et dare quod fuerit extimata minus, sub pena dupli, et ita iurat attendere nisi remanserit licentia eius, et iurat quod occasione usure non faciet ut SuzusBonus perveniat ad aliquod dampnum (2). Et si plus fuerit extimata, SuzusBonus plus dare promittit, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

1731. *Giovanni Advocario vende il suo introito della porta della città di Genova a Suzubono.* 10 marzo 1192.

SuzuBoni].

Iohannes Advocarius vendit SuzuBono suum (3) introitum porte civitatis Ianue, totum sicut habet et solitus est habere integre, pretio lib. den. jan. .L. Et de pretio clamat se quietum et pagatum, abrenuncians exceptioni non numerate peccunie. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut habeat integre usque ad annos quatuor et quicquid voluerit faciat proprio iure. Et ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda [fo. 94 r.] ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore

(1) *Cancellato:* ei.

(2) *Per postilla:* et iurat quod... ad aliquod dampnum.

(3) *In sopravlinea:* suum.

valuerit. Iurat etiam hanc venditam tenere et habere firmam et ratam, nec de pretio requisitionem facturum, et quod non faciet per se nec per alium per alium ut ipse vel aliquis pro eo perveniat ad aliquod dampnum occasione usure vel ecclesie. Et facit hec consilio suorum parentum Enrici Lecavale et Wilielmi de Pallo. Ea die et loco et testibus. .MCLXXXIX., indictione .VIII.

1732. *Re di Arenzano contrae, per volontà del socio Oberto della Croce, una accomendatio con Bonavida di Lavagna.* 11 marzo 1192.

BonaVide Lavanini].

Confitetur Rex de Arenzano se portare voluntate Oberti de Croce presentis cum quo habet societatem in accomendatione a VonaVida Lavanino lib. .xxx. Marsiliam et inde quo sibi videbitur causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et possit mittere et facere sicut sibi videbitur causa negotiandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et confitetur BonaVida predictas libras esse de societate quam habet cum eodem Oberto de Cruce et cum Petro de Cruce et eius nepote. Sub volta Fornariorum, die .xi. martii. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus barberius.

1733. *Belardo Belardungo pagherà una somma a Ragul Trenchet.* 11 marzo 1192.

Ragul] (1).

Confitetur Belardus Belardungus se daturum Ragul Trenchet lib. .ciii. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Rizisom, Wilielmus barberius.

1734. *Anfusso, banchiere, pagherà una somma a Donnieto Abellone a S. Giovanni.* 11 marzo 1192.

Donnioti] (2).

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Donnieto Abellonio lib. .XLIII $\frac{1}{2}$. ad sanctum Iohannem, sub pena dupli. Testes Enricus de Caraito, Ogerius de Cartagenia, Manfredus Guertius. Sub volta Fornariorum, ea die.

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 179.

(2) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 180.

1735. *Buonvasallo Zaritola contrae una accomendatio con Giordano Ricerio.* 11 marzo 1192.

Iordani Ricerij].

Confitetur BonusVasallus Zaritola se portare in accomendatione a Iordano Ricerio lib. .ccclxxii. (1) et sol. .vii. in Siciliam et inde in uno viatico tamen causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. De Sicilia vero vel de alio viatico (2) si fecerit promittit reducere (3) in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Testes Wilielmus de Pallo, Raimundus Unaldus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1736. *E con Guglielmo di Pallo.* 11 marzo 1192.

Wilielmi de Pallo].

Et a Wilielmo de Pallo lib. .ccx. similiter in Siciliam et quo sibi videbitur. .mclxxxxii.

1737. *Ogerio di Cartagena pagherà una somma a Benzo Guastone a pasqua.* 11 marzo 1192.

Benzi].

Confitetur Ogerius de Cartagenia se daturum Benzo Guastoni lib. .c. den. jan. ad dies .viii. (4) proximas post pasca proximam. Et expensas et mutuum et totum dampnum restituere in verbo creditoris. Et sua bona pignori obligat. Ante domum eiusdem Ogerij, ea die. Testes Enricus de Petra, Iohannes de (5) Casanova.

1738. *Matelda, moglie di Oberto Mallone, pagherà una somma a Rugero di Aiato e ad Alberto Braino, con la fideiussione di Guglielmo Mallone a S. Giovanni.* 11 marzo 1192.

Rogerij et Alberti].

Confitetur Matelda uxor Oberti Malloni se daturum Rogerio de Ajato et Alberto Braino lib. .xx. ad sanctum Iohannem proximum, sub pena dupli. Iurat etiam ita pagare nisi quantum et cetera et si terminum vel terminos et cetera, et quod occasione usure non faciet ut perveniat ad aliquod dampnum, abrenuncians decreto con-

(1) Cancellato: in Siciliam.

(2) Cancellato: si.

(3) Cancellato: p.

(4) .x. cancellato e mutato in .viii.

(5) Cancellato: Pinis (?).

sultus Velleiani et omni iuri. Et Wilielmus Mallonus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavitur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio. Et Matelda facit hec consilio suorum parentum Rubaldi Malloni et Wilielmi Smirigij, et quos confitetur esse suos parentes. In ecclesie Sancti Damiani, ea die. Testes Valdetarius, Belengerius de Narbona.

1739. *Ugo di Lavagna porta con se una somma della bottega di Oberto della Croce a Marsiglia e a Montpellier.* 11 marzo 1192.

Oberti de Cruce].

Confitetur Hugo Lavaninus se portare (1) ab Oberto de Cruce de rebus botee societatis Petri de Cruce et Petri filij quondam Antuli lib. .xxx. et ab eodem Oberto lib. .x. et de suis propriis et ab Oberto de Aquabona lib. .x., et de suis lib. .L. Marsiliam et usque ad Montempesulanum causa negotiandi, bona fide. Que libre debent lucrari et expendere per libram. Et debet habere quartam proficui de libris aliorum. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Testes Peirus mercerius, Iohannes Leonus, Godoinus lapidarius. Sub volta Fornariorum, die .xi. martii.

1740. *Pietro Guitone da Asti pagherà una somma a Balduino Gottifredo Campo.* 12 marzo 1192.

Balduini].

Confitetur Petrus Guitonus de Ast se daturum Balduino Gottifredo Campo lib. .LXXIII. et sol. .v. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Ansaldus Fornarius, Anselmus tajaor. Sub volta Fornariorum, die .xii. martii.

1741. *E a Simone di Iser e a Erembaldo.* 12 marzo 1192.

Simonis. Erembaldi].

Et Simoni de Iser lib. .xi. ad eundem terminum (2). Et Erembaldo nepoti Roberti Grassi lib. .xxi. ad eundem terminum.

1742. *Giovanni di Meleto dà garanzia per Pietro Morello.* 12 marzo 1192.

Iohannis filaor].

Si Petrus Morellus non pagaverit Iohanni filaor sol. .XLVII. usque

(1) Cancellato: a Petro.

(2) Segno di paragrafo.

ad pentecosten, Iohannes de Meleto promittit ei pagare, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Raimundus revendor, Petrus Ortulanus. Ea die et loco.

1743. *Ido Stancone contrae una accomodatio per Bugia con Altilia Ferraria.* 12 marzo 1192.

Altilie].

Confitetur Ido Stanconus se portare in accomodatione ab Altilia Ferraria lib. .x. Buzeam et quo voluerit causa negociandi, gratis. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Testes Wilielmus de Calignano, Petrus de Pereto. In domo heredis Opizonis Lecavale, die .xii. martii.

1744. *Guglielmo Asplanato e Adalasia, coniugi, pagheranno una somma a Drogo a pentecoste.* 12 marzo 1192.

Drogi].

Confitentur Wilielmus Asplanatus et Adalaxia iugales se daturos Drogo lib. .xl. ad pentecosten proximam, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et ipsa abrenuncians legi Iulie, iuri hypothecarum, et decreto consultus Velleiani. Et facit hec consilio suorum parentum Ogerij de Divile et Donum Dei Ogerij Widonis. Iurat etiam Wilielmus super se et super uxorem licentia eius pagare ut supra nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Testes Bonefatius Bonitarta, et consiliatores. In domo Lafranci Barucij, ea die.

1745. *Gualtiero di Tren e Negrone Apriochio pagheranno a Guglielmo di Brisano una somma a metà maggio.* 12 marzo 1192.

Wilielmi de Brixano].

Confitentur Gualterius de Tren et Nigronus Aprioculus se daturos Wilielmo de Brixano lib. .xxxviii. den. jan. pro ballis .ii. albis ad medium madium proximum. Et expensas et dampnum et mutuum. Et sua bona pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Enricus Cujonus, Iohannes de Crijano (1), Brozarus. Sub volta Fornariorum, ea die.

(1) Crejano (?).

1746. *E a Brozaroło. 12 marzo 1192.*

Brozaroli].

Et a Brozaroło lib. .xlii. den. jan., per totum aprilem proximum, similiter.

1747. *Cardia da Lucca e Enricotto da Lucca pagheranno una somma a Giacomo di Palma all'ottava di Pasqua con la garanzia di Guido Bilissimo. 13 marzo 1192.*

[*fo. 94 v.*] (1). Iacomi de Palma].

Confitentur Cardia de Luca et Henricotus (2) de Luca se datus Iacomo de Palma lib. .lxxx. den. jan. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Wido Bilissimus debitor et pagator, sub pena dupli, ab renuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In statione curie feni, die .xiii. martii. Testes Wilielmus Cappellerius de Predi, Melanus censarius Fatij de Volta.

1748. *Ottone di Castello pagherà una somma a Oberto di Valfenera o a Rolando di Viver. 13 marzo 1192.*

Oberti de Valfenera].

Confitetur Otto de Castello se daturum Oberto de Valfenera vel Rolando de Viver lib. den. jan. .lx. per totum madium proximum, sub pena dupli. Testes Manfredus Guertius, Wilielmus de Bonfacello. Sub volta Fornariorum, ea die.

1749. *Carteso di Bernate pagherà una somma a Ottone di Maragliano a S. Giovanni. 14 marzo 1192.*

Ottonis de Marejana].

Confitetur Cartesus de Bernate se daturum Ottoni de Marejano lib. .xvi. minus sol. .v. den. jan. ad sanctum Iohannem proximum. Et expensas et dampnum et mutuum. Et sua bona pignori obligat. Testes Albertonus de Vanzono, Iohannes de Crijasa (3). Sub volta Fornariorum, die .xiii. martii, .mcxxxxii., indictione .viii.

1750. *Romano Grasso pagherà una somma a Gualtiero di Tren per cinque balle di fustagno. 14 marzo 1192.*

(1) *Nel margine superiore:* In martio.

(2) Benrecotus (†).

(3) Crejano (†).

Gualterij de Tren].

Confitetur Romanus Grassus se daturum Gualterio de Tren (1) lib. .clxii. previdixium bonorum de Senatu pro ballis .v. fustanei albi et pro tribus tinctis per totum aprilem proximum in Roma. Et expensas et dampnum et mutuum. Et sua bona ei pignori obligat. Testes Ogerius de Cartagenia, Iohannes de Moneta. Ea die et loco.

1751. *Rubaldo da Fontana e Giovanni Cavatorta contraggono una societas per Orano.* 14 marzo 1192.

Iohannis Cavaturte].

Confitetur Rubaldus de Fontana se portare in societate a Iohanne Cavaturta lib. .x. et de suis lib. .v. Guaranum et inde quo sibi videbitur causa negotiandi. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali, proficuum per medium debet partiri. Ea die et loco (2). Testes Grillus, Iohannes de Casanova.

1752. *Oberto Bufino di S. Romolo pagherà a metà maggio una somma ad Ansaldo Bucutio per del fustagno.* 16 marzo 1192.

Ansaldi Bucutij].

Confitetur Obertus Bufinus de Sancto Romulo se daturum Ansaldo Bucutio lib. .v. et sol. .vi. et den. .viii. pro fustaneo ad medium madium proximum. Et si tunc Ansaldus iverit ad feriam de Sancto Romulo, ad tres dies proximas ex quo fuerit dare promittit, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Iacomus senescalcus archiepiscopi. Sub volta Fornariorum, die .xvi. martii.

1753. *Bodono da Lucca contrae una accomandatio con Corso Raimundino per traffici in Sicilia.* 16 marzo 1192.

Corsi Raimundini].

Confitetur Bodonus de Luca se portare a Corso Raimundino de Luca scarlatam .i. de Lisna et vermillionem .i. de Luca pretij lib. .xxxv $\frac{1}{2}$. denariorum Luce in Siciliam (3) cum suis bona fide, ad quartam proficui. Inde Ianuam vel Lucam reducere promittit vel mittere in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus

(1) *Cancellato:* et negr (?).

(2) *In sottolinea:* et loco.

(3) *Cancellato:* et inde quo sibi videbitur causa negociandi.

dederit cum capitali. Et non debet facere expensas super preter in furnire res. Testes Rolandus Lucensis, Gotfredus Oldigerius, Rainaldus frater Camarlengi.

1754. *Ottone, arcidiacono di Genova, sentenza nella causa matrimoniale tra Eustachio Anglicus e Maria di Pino. 17 marzo 1192.*

Sententia Eustachij].

Dominus Otto archidiaconus Ianue et magister Causa delegati iudices a domino archiepiscopo Bonefatio super causam matrimonij que vertebatur inter Eustachium Anglicum et Mariam de Pinu, ex hoc videlicet quod ipsa petebat eum in virum, quoniam dicebat eum se despousasse et quod probare proposuit, et etiam plures testes produxit, set minime probavit (1). Quare (2) habito consilio prudentium et (3) absolverunt Eustachium a prefata Maria, dantes utriusque eorum licentiam ut nubant cui velint in anno. In canonica Sancti Laurentii, (4). Testes presbyter Terdonus, Bonus Vasallus subdiaconus, presbyter HomoDeus de Murvallo, presbyter Rolandus de Camugi. Die .xvii. martii.

1755. *Oberto di Carenzono vende a Guglielmo Embriaco beni diversi. 17 marzo 1192.*

Wilielmi Enbriaci].

Obertus de Carenzono vendit et cedit Wilielmo Enbriaco totum quod habet et videtur habere (5) in domo que fuit Carenzone et que est in carrubio Sancti Laurentii, et coheret ei a duabus domus et scala Iohannis Boleti et antea via et a latere, et totum ius quod habet in ea per se vel per matrem vel per fratrem vel per aliquam personam aliquo modo vendit ei et cedit pretio lib. den. jan. .xxxii $\frac{1}{2}$. Et de pretio clamat se quietum et pagatum, et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedit, et confilitur quod plus valet, abrenuncians iuri quo cavetur ut si quis deceptus fuerit ultra dimidium iusti pretij et cetera. Et possessio- nem cum dominio ei confitetur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auc-

(1) *Cancellato*: sed probatione defecerit; *in sopravincula*: et etiam plures testes produxit, sed minime probavit.

(2) *Cancellato*: habita.

(3) *Cancellato*: ex au.

(4) *Cancellato*: ea die.

(5) *Cancellato*: et p vel possidere.

torizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pigneri obligat. Et omnes cartas et laudes quas habet inde ei dare promittit. Et ut supra iurat attendere et contra non venturum per se nec per alium pro se. Testes Ansaldus Fornarius, Ansaldus Buferius, Hugo Fornarius. In ecclesia Sancti Laurentii, die .xvii. martii.

1756. *Zirbino da Campo si riconosce debitore di Enrico banchiere.* 17 marzo 1192.

Enrici bancherij].

Confitetur Zirbinus de Campo se cepisse tantum ab Enrico Bancherio unde ei dare promittit lib. den. jan. .xxviii. et sol. .ii $\frac{1}{2}$. ad medium septembrim proximum, sub pena dupli. Testes Wilielmus Pontius, Obertus Salicus, Obertus de Calce. Sub volta Fornariorum, ea die.

1757. *Bartolomeo Alfer contrae una accomandatio con Enrico Alfer, Belardo Belardungo, Giacomo da Cortemilia e Pietro de Rodei.* 17 marzo 1192.

Enrici Alfer et Belardi et Iacomi] (1).

Testes Rolandus de Soler, Rolandus Capa. Ea die et loco. Confitetur Bartholomeus Alfer se portare in accomendatione ab Enrico Alfer lib. .cc. et a Belardo Belardungo lib. .cclx. et a Iacomo de Curtimilia et a Petro de Rodei (2) lib. .cxl. den. jan. in Siciliam causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. Et que libre debent lucrari et expendere per libram. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.

1758. *Oberto Millebisanzi dona a Gandolfo Bigino e ad Agnese, coniugi, tutti i suoi beni.* 17 marzo 1192.

Gandulfi Bigini].

Obertus Millebisantij donationem inter vivos facit Gandulfo Bigino et Agneti iugalibus de omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus preter de lib. .x. ut habeat, teneat, et de cetero quiete possideat sine omni eius omniumque pro eo contradictione. Et quam donationem promittit tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum. Et idem Gandulfus promittit ei dare victum

(1) Pubblicato in Rosso G., op. cit., doc. 181.

(2) Roder (?).

et vestitum convenienter et bene eum protectare et (1) facere ut honorifice sepeliatur. Et si hec ita non attenderit hec donatio foret irrita (2) et vacua. In domo Wilielmi Rataldi, ea die. Testes Wilielmus Rataldus, Ansaldus Rataldus, Sicardus pellizarius, Toma-dus Cigala, Villanus (3) filius Ansaldi Axaxini.

1759. *Manfredo Goia pagherà a Guglielmo Malfigliastro una somma al 1º di agosto, con la garanzia di Belardo Belardengo.* 17 marzo 1192.

[*jo. 95 r.*]. Wilielmi Malfiliastri].

Confitetur Manfredus Goja (4) se daturum Wilielmo Malfiliastro lib. den. ian. .xxxvii. et sol. .v. ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli. Et Belardus Belardengus debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, die .xvii. martii. Testes Wilielmus de Canneto, Rogerius tajaor.

1760. *Pietro, figlio del fu Gote di Celasco prende a mutuo una somma da Guidiniso Botario.* 17 marzo 1192.

Guidinisi Botarii].

Confitetur Petrus filius quondam Gote de Celasco se cepisse mutuo pro amore a Widiniso Botario sol. .xl., quos promittit ei reddere a kalendis septembris proximi ad annum proximum, sub pena dupli in suis bonis. Iurat etiam ita attendere nisi quantum remanserit licentia eius, et iurat quod non dabit nec vendet nec alienabit nec obligabit aliquo modo tenutam de Frascaro quam tentuit Ferrarius de Lofrascaro et quam tenent filii Duranti de Lofrascaro, et quam tenutam idem Widinus habet in pignore ab eodem Petro pro lib. .x. usque ad kalendas septembris, nec inde ad annum alicui persone per se nec per alium pro se, nisi eidem Widiniso, et hoc in laude communium amicorum. nisi quantum remanserit licentia eius et si terminum vel terminos et cetera (5). Salvo tamen omni iure et retento in se quod habet Widinus in predicta tenuta occasione pignorationis pro lib. decem sicut continetur in carta quam fecit inde Wilielmus Cassinensis notarius. Sub

(1) Cancellato: honorifice (?).

(2) irrita (?).

(3) Cancellato: nepos.

(4) Groja (?).

(5) Per postilla: nisi quantum... et cetera.

volta Fornariorum, ea die. Testes HomoDeus magister, Grillus, Ansaldus Silvanus.

1761. *Opizone Arancabosco pagherà una somma ad Ansaldo Rataldo a pentecoste con garanzia di Enrico Alfer.* 18 marzo 1192.

Ansaldi Rataldi].

Confitetur Opizo Arancaboscus se daturum Ansaldo Rataldo lib. .lxxiiii $\frac{1}{2}$. ad pentecosten proximam, sub pena dupli. Et Enricus Alfer debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cævetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Iohannis Grita, Ogerius de Cartagenia, sub volta Fornariorum, die .xviii. martii.

1762. *Ido Stancone porta merci di Gasparo Polastra a Bugia per traffici.* 19 marzo 1192.

Gasparri].

Confitetur Ido Stanconus se portare nomine pignoris a Gasparro Polastra ballas .ii. tinctorum (1) fustianorum, Buzeam causa vendendi bona fide et pagandi se de lib. .xxviii. quas confitetur se recepisse ab eo (2) bisantios .iii. per libram mundos et novos ab omni dricto et ad suam fortunam, et quod superfuerit promittit implicare et adducere bona fide ad fortunam Gasparri, et si defuerit promittit dare pro bisantio non soluto sicut alii sui bisantii ponent, sub pena dupli. Et Arnaldus Prodaxius debitor et pagator pro Gasparro, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cævetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Sub volta Fornariorum, die .xviii. martii. Testes Wido de Rezo, Petrus Ottanus.

1763. *Omodeo, banchiere, pagherà una somma a Uberto di Clusa 15 giorni dopo pasqua.* 19 marzo 1192.

Uberti de Clusa].

Confitetur HomoDeus bancherius se daturum Uberto de Clusa lib. .viii. ad dies .xv. post pasca proximam, sub pena dupli, ad hancum eiusdem HominisDei. Ea die. Testes Sorlion de Ast, Petrus filius Michelis de Fontana Marosa.

(1) *In soprallinea:* tinctorum.

(2) *In soprallinea:* quas confitetur se recepisse ab eo.

1764. *Gianno Sorrentino e Guglielmo Rataldo contraggono una societas per traffici in Sardegna e in Corsica.* 19 marzo 1192.

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Iannus Sorrentinus se portare in societate a Wilielmo Rataldo lib. .vi. et de suis .iii. in Sardiniam et in Corsicam et quo sibi videbitur melius, causa negociandi, bona fide. In redditu tanquam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Daniel Nacarius, Ogerius de Cartagenia.

1765. *Balduino Vivussitis pagherà somme a Giovanni di Crejano e a Brozaro a S. Giovanni.* 19 marzo 1192.

Iohannis de Crejano, Brozaro].

Confitetur Balduinus Vivussitis se daturum Iohanni de Crejano lib. .xi. pro fustianis ad sanctum Iohannem proximum (1). Et Brozaro lib. .x. et sol. .xv. similiter, sub pena dupli. In statione Ogerii Venti, ea die. Testes Stephanus de Clavica, Wido de Rezo.

1766. *Rubaldo Reverzolo pagherà una somma a Guglielmo Malfiastro al 1º Agosto con garanzia di Belardo di Valfenera.* 19 marzo 1192.

Wilielmi Malfiastri].

Confitetur Rubaldus Reverzolus se daturum Wilielmo Malfiastro lib. den. ian. .LXXV. ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli. Et Belardus de Valfenera debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ante stationem Ansaldi Lecavele, ea die. Testes Szata censarius, Ferrarius censarius, Rubaldus censarius.

1767. *Lantelmo da Piacenza si riconosce debitore di una somma verso la moglie Carocosa.* 19 marzo 1192.

Caracose].

Confitetur Lantelmus de Placentia se habere a sua uxore Carocosa lib. .viii. den. ian. quas promittit reddere ei quando sibi placuerit vel eius heredi, sub pena dupli. In statione Ogerii Venti, ea die. Testes Marescotus de Altiano notarius, Iohanne Bonardus, Obertus Rainolus.

(1) Segno di paragrafo.

1768. *Vasallo di Helia contrae una accomendatio per Orano con Sibilia, moglie di Balduino Vivisitis e Filippo di Trincherio. 19 marzo 1192.*

Sibilie].

Confiteatur Vasallus de Helia se portare in accomendatione a Sibilia uxore Balduini Vivisitis lib. .xi $\frac{1}{2}$. et a Philippo de Trencherio lib. .x. Guarandum et inde quo sibi videbitur melius causa negotiandi, bona fide, ad terciam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate Balduini voluntate eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali, et non debet facere expensas preter in furnire res. In domo eiusdem Balduini, ea die. Testes Wiilielmus de Albario, Otto Rubeus.

1769. *Alda, moglie di Filippo Cavarunco dichiara che una somma è del figlio Enrico. 20 marzo 1192.*

Enrici].

Confiteatur Alda uxor Philippi Cavarunci quod lib. .xvii. sunt (1) proprie Enrici sui filii unde erat carta facta nomine Alde et quam cartam ipsa cassat et vacuat. Testes Ogerius Cavaruncus, Balduinus Rubeus, Ansaldus de Papia. In domo Enbriaci in qua habitat Philippus Cavaruncus. Die .xx. martii.

1770. *Ogerio di S. Lorenzo contrae una accomendatio con Rugero Nosenzo per traffici in Sicilia e altrove. 20 marzo 1192.*

Rogerii Noxentii].

Testes Obertus Comes pesaor, Simon (2) filius quondam Enrici de Morta, sub volta Fornariorum, ea die. Confiteatur Ogerius de Sancto Laurentio se portare in accomendatione a Rogerio Noxentio lib. .viii. ultra lib. .lxiii. et sol. .vii. in Siciliam et inde quo sibi videbitur causa negociandi, ad quartam proficui. Et possit mittere ei in Ianua et cum testibus. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.

1771. *Vassallo Bianco e Nadale, suo fratello, contraggono una accomendatio con Opizone di Castello. 20 marzo 1192.*

Opizonis de Castello].

Confitemur Vasallus Blancus et Nadalis frater eius se portare in

(1) *Cancellato:* Enr.

(2) *Cancellato:* de M.

accommodatione ab Opizone de Castello ballas .iii. tinctas pretii (1) librarum .lx. Romam causa vendendi et quo sibi videbitur causa negociandi cum sociis (2) ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittunt in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et quisque eorum ita promittit attendere in solidum, abrenuncians iuri solidi et omni iuri. Testes Wilielmus filius Wilielmi Belli de Castello, presbyter Moises de Sancto Nazario. Sub porticu eiusdem Opizonis, ea die.

1772. *Martino Curto pagherà a Rufino Belser e a Rolando Vacca una somma all'ottava di pentecoste.* 21 marzo 1192.

[fo. 95 v.] (3) Rufini et Rolandi].

Confitetur Martinus Curtus se daturum Rufino Belser et Rolando Vacca lib. .XLVIII $\frac{1}{2}$. ad octavam pentecostes proxime, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Baudus bancherius, sub volta Fornariorum. Die .xxi. martii.

1773. *Vassallo Bianco, Nadale e Giovanni, fratelli, contraggono una accomendatio con Coenna da Lucca.* 21 marzo 1192.

Coenne].

Confitentur Vasallus Blancus et Nadalis et Iohannis fratres se portare in accommodatione a Coenna Lucense ballas duas tinctas et ballas .ii. albas de fustianis pretii librarum .LXX. et solidorum .vi. et denariorum .iii. Romam et quo ierint cum galea causa negociandi bona fide, ad quartam proficui, et sine expensis preter in furnire res. In reditu Ianuam promittunt in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et quisque eorum in solidum abrenuncians iuri solidi et omni (4). Testes Germannus, Bonus Vasallus Barbavaira, Alcherius bancherius. In curia Gontardi, ea die. .MCLXXXII., indictione .viii.

1774. *Raimondo Cavarunco porta merci di Giacomo Ficiano a Bugia per traffici.* 21 marzo 1192.

Iacomi Ficiani].

Confitetur Raimundus Cavaruncus se portare nomine pignoris a Iacomo Ficiano ballas .ii. de fustianis albis Buzeam causa venden-

(1) *Cancelalto*: lib. .CLXX.

(2) *In sopralinea*: cum sociis (*e et m. cancellato*).

(3) *Nel margine superiore*: In martio.

(4) *In sopralinea*: Et quisque... et omni.

di bona fide cum testibus, et pagandi se bisantios .cxxxvi. auri mundos ab omni drichto et novos pro lib. .xxxviii., quas confitetur receperisse ab eo. Et quod superfuerit reducere promittit implicatum bona fide ad fortunam Iacomi ei vel eius misso. Et si quod defuerit Iacomus dare promittit ei si miserint alii sui bisantii, sub pena dupli. Et pignus debet esse ad fortunam Raimundi. Et si Iacomus non attenderit ut supra, Ambroxius de Zavar promittit attendere pro eo, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituere, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo caveretur principalem debitorem primo conveniri. Testes Oddonus de Melazo, Ogerius Cavaruncus. Sub volta Fornariorum, ea die.

1775. *Ogerio Scoto pagherà una somma ad Enrico Alfer all'ottava di pasqua. 21 marzo 1192.*

Enrici Alfer].

Confiteatur Ogerius Scotus se daturum Enrico Alfer lib. .xlii. minus sol. .iii. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Jordanus Ricerius. Ea die et loco.

1776. *Ogerio Guercio prende a mutuo una somma da Ogerio Scoto da pagarsi in Bugia. 21 marzo 1192.*

Ogerii Scotti].

*Confiteatur Ogerius Guertius se cepisse mutuo ab Ogerio Scoto lib. .xii. unde ei dare promittit bisantios .lxxii. mundos ab omni drichto de mijarexis, Buzeam (1) et inde ei pignori obligat zurras .iii. deacheche, quod pignus Balduinus filius Ogerii Scotti debet portare Buzeam causa vendendi bona fide et cum testibus (2) et pagandi se predictos bisantios. Et hoc pignus debet esse ad fortunam Ogerii Scotti. Et quod superfuerit promittit Ogerius quod suus filius reducat implicatum bona fide ei vel eius misso et ad fortunam Ogerii Guertii. Et si quod defuerit, dare promittit sol. .vi. pro bisantio non soluto ex quo veniet in Ianua, sub pena dupli in suis bonis. Et si non pagaret ut supra Philippus Cavaruncus promittit pagare pro eo, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit et inde bona sua ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo caveretur principalem debitorem primo conveniri. Actum sub porticu Suzuboni, ea die. Testes Ogerius Cavaruncus, Rufinus de Rapallo, Wilielmus Galleta.

(1) *Cancellato*: taliter quod Bald.

(2) *In soprallinea*: et cum testibus.

1777. *Ugo Fornario pagherà una somma a Manfredo Groia all'octava di pasqua. 22 marzo 1192.*

Groje].

Confitetur Hugo Fornarius se daturum Manfredo Groje lib. den. ian. .CLI. et sol. .xi. ad octavam pasce proxime, sub pena dupli. Sub porticu heredum Nicole Caiti, die .xxii. martii. Testes Ansaldus Fornarius, Ubertus Costa, Obertus de Dandala.

1778. *Rainaldo, fratello di Camerlengo, pagherà una somma a Marchesio di Azo 15 giorni dopo pasqua. 23 marzo 1192.*

Marchesii].

Confitetur Rainaldus frater Camarlengi se daturum Marchesio de Azo lib. .xviii. den. ian. pro balla .i. fustianorum ad dies .xv. post pasca proximam, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, die .xxiii. martii. Testes Raimundus Cavaruncus, Raimundus Unaldus.

1779. *Pasio da Lucca pagherà una somma a Balduino Gotefredo Campo tre settimane dopo pasqua. 23 marzo 1192.*

Confitetur Paxius de Luca se daturum lib. .xlv. Balduino Gotefredo Campo ad tres septimanas proximas post pasca proximam, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Enricus tajaor, sub volta Fornariorum, ea die.

1780. *Ottone di Langasco pagherà una somma a Ruggero di Ajato al 1º maggio. 23 marzo 1192.*

Rogerii de Ajato].

Confitetur Otto de Langasco se daturum Rogerio de Ajato pro balla .i. de fustianis (1) lib. .xvm. ad kalendas madii proximi, sub pena dupli in suis bonis. Et Otto confitetur quod dedit istam ballam uxori Angelerii de Mari. Ea die. Testes Wilielmus de Canneto, Iohannis cazaor. In domo in qua habitat idem Otto, ea die.

1781. *Zirbino di Campo pagherà una somma a Rolando da Fontana a pentecoste. 24 marzo 1192.*

Rolandii de Fontana].

Confitetur Zirbinus de Campo se daturum Rolando de Fontana lib. .xlv. ad pentecosten proximam, sub pena dupli. Testes Ro-

(1) *In soprolinea:* pro balla .i. de fustianis.

gerius Noxentius, Manfredus Guertius, die .xxviii. martii (1) ante (2) stationem Ansaldi Lecavele.

1782. *Isabella, moglie di Giordano Trauor, vende ad Ansaldo Ruferio una schiava saracena. 24 marzo 1192.*

Ansaldi Buferii].

Isabella uxor Iordanis Trauor vendit Ansaldo Buferio sarracenam .i. Mariam nomine pro ancilla non furata nec ablata et sine magna pretio sol. .c. den. ian. et quietam se clamat de pretio. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut decetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et autorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat sicut pro tempore valuerit, abrenuncians decreto consultus et omni iuri. Et si non attenderit ut supra vel contra factum fuerit, Obertus Scapacatia promittit ei defendere ab omni homine, et proprium et principalem defensorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri, et omni iuri. Testes Zabrera, Hugo pestellerius, sub volta Ansaldi Buferii, ea die.

1783. *Guido Bilissimo si fa garante verso Trencavel di Milano del pagamento di Guido Carabone. 24 marzo 1192.*

Trencavel].

Si Wido Carabone non pagaret lib. .xxi. den. ian. Trencavel de Mediolano per totum aprilem proximum, Wido Bilissimus promittit pagare pro eo ad eundem terminum, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri qua cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In curia stationis feni, ea die. Testes presbyter Homodeus de Murvallo, Widolotus Lucensis.

1784. *Drua, sorella di Buonvasallo di Antiochia, vende a Soliana di Bulgardo che compera per la chiesa di S. Margherita de Murvallo una terra in Cucullis. 24 marzo 1192.*

Ecclesie de Murvallo].

Drua, soror Boni Vasalli de Antiochia, vendit Soliane de Bulgardo eimenti nomine ecclesie Sancte Margarite de Murvallo octenam quam videntur habere et possidere sui nepotes in Cucullis. Et que octena

(1) Cancellato: Testes.

(2) Cancellato: de.

est pro indiviso cum Advocario et cum Piperis et cum Iacomo de Turca et cum Borbonoso. Et cui terre coheret ab una parte terra ecclesie Sancte Margarite de Murvallo, ab alia fluvius Pulcifere Sicci, a tercia terra archiepiscopi et Nicole de Rofuldo, a quarta terra archiepiscopi. Quam octenam cum omni suo iure et quicquid per (1) suos nepotes ecclesia poterit infra dictas coherentes nichil in se retento preter partem illorum turris ut alienam rem (2) pretio lib. den. ian. .vi. et que sunt de denariis quos obtulit eidem hospitali (3). Et quietam se clamat et pagatam. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut decetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine et a suis nepotibus defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli. Pro dupla quo evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti nomine ecclesie pignori obligat, sicut pro tempore valuerit, abrenuncians decreto consultus Velleiani [fo. 96 r.] et omni iuri et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In domo heredum Balduini Advocarii, die .xxviii. martii. Testes presbyter HomoDeus de Murvallo, Rolandus pellizarius, Ogerius Gastaldus de Zemignano, Wilielmus magister de Castelletto.

1785. Marchisio di Chiavari pagherà una somma ad Andrea del porto con garanzia di Guidolotto da Lucca. 24 marzo 1192.

Andree de Portu, p].

Confitetur Marchesius de Clavari se daturum Andree de portu lib. .x $\frac{1}{2}$. per totum madium proximum, sub pena dupli. Et Widolotus Lucensis debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Amaricus de Sancto Laurentio, Iordanus de Mari.

1786. Ingone Spinola si fa garante verso Balduino di Gotofredo Campo per Guglielmo Spinola. 25 marzo 1192.

Balduini Gotofredi Campi] (4).

Si Wilielmus Spinula non pagaverit Balduino Gotofredo Campo lib. .xxviii. (5) vel si idem Balduinus non receperit a rege Francie

(1) Cancellato: eos.

(2) In soprallinea: ut alienam rem.

(3) In soprallinea: et que sunt... eidem hospitali.

(4) Pubblicato in REYNOLDS R. L., Merchants of Arras and the Overland Trade with Genoa, Twelfth Century, in « Revue Belge de Philologie et d'Historie », t. IX (1930), p. 517, n. 2.

(5) In soprallinea: lib. .xxviii.

feudum eiusdem Wilielmi ut Balduinus sit pagatus de lib. .xxviii. den. ian., Ingo Spinula promittit ei pagare has libras per totum augustum proximum, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavitur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Ante domum Oberti Spinule, die .vii. exeuntis martii. Testes Wilielmus Rizisom, Iocomus de Palma, Obertus Spinula, Ido Sardena.

1787. *Giovanni de Fileto e Guglielmo, fratelli, cedono un terreno a Oberto del fu Bianco di Quezzi. 25 marzo 1192.*

Oberti filii quondam Blanci de Quezi, P.].

Iohannis de Fileto et Wilielmus fratres dant et cedunt Oberto filio quondam Blanci de Quezi petiam terre que fuit Sancte Margarite et que est pro indiviso cum Amico macellario et cum Martinus de Taxanaira (1), preter que est in pasteno quod dicitur pasteno Sancte Margarite, pro dote sue sororis Verdilie (2) pro lib. .m. et pro sol. .ii $\frac{1}{2}$., ut decetero habeat, teneat, et quiete possideat. Pro lib. .m. et sol. .ii $\frac{1}{2}$. Et defendere promittunt, sub pena dupli (3). Ita tamen ut si voluerint recuperare usque ad annos .m. (4) pagando lib. .m. et sol. .ii $\frac{1}{2}$. ei recuperent terram cum omni suo iure. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Amicus macellarius, Iacomus de Quezi, Bonaventura de Castello, Martinus de Taxaniara. .MCLXXXII., indictione .viii.

1788. *Oberto, figlio del fu Bianco di Quezzi, dà quitanza della dote della moglie. 25 marzo 1192.*

Patrimonium Verdilie].

Confitetur Obertus filius quondam Blanci de Quezi se habuisse de dote sue uxorius Verdilie lib. .xi $\frac{1}{2}$. (5) a suis cognatis et quietum se clamat et pagatum, et inde omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Ea die et loco et testibus.

1789. *Boninsegna di S. Donato e Lanfranco de Castello contraggono una societas. 25 marzo 1192.*

(1) Taxonaira (?).

(2) *Cancellato*: pro pignus.

(3) *Per postilla*: et defendere... dupli.

(4) *Cancellato*: redd; *in soprallinea*: usque ad annos .m.

(5) *Cancellato*: et.

Lafranci de Castello].

Confitetur Bonesegna de Sancto Donato se portare in societate a Lafranco de Castello lib. .x. et de suis lib. .v. in Sardiniam, causa negociandi, bona fide. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali ei salvo capitali proficuum per medium debet partiri (1). Sub volta Fornariorum, die .vii. exeuntis martii. Testes Wido de Reja, Grilus, Rolandus Nadalis.

1790. *Rainaldo, fratello di Camerlengo, pagherà una somma a Uberto di Chiusa. 25 aprile 1192.*

Uberti de Clusa].

Confitetur Rainaldus frater Camarlensi se daturum Uberto de Cluso lib. .xlv. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Ea die et loco. Testes Vasallus Rapallinus, Otto Sanguisvetusi (2).

1791. *Vinciguerra Calvo da Pavia pagherà una somma a Guglielmo Cafila a metà maggio. 25 marzo 1192.*

Wilielmi Cafila].

Confitetur Vinciguerra (3) Calvus de Papia se daturum Wilielme Cafila lib. .xxvii. et sol. .xi. ad medium madium proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Ogerius de Cartagenia, Coenna Lucensis.

1792. *Raimondo Capoduro pagherà a Guglielmo Rataldo una somma. 26 marzo 1292.*

Wilielmi Rataldi].

Confitetur Raimundus Caputdurum se daturum Wilielmi Rataldo lib. .xviii. et sol. .xiii. minus den. .v. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Wilielmus Pontius, Wilielmus Gallonus. Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis martii.

1793. *Sigibaldo da Quinto e Guglielmo Barbavaira contraggono una societas per traffici in Sardegna. 26 marzo 1192.*

Wilielmi Barbavaire].

Confitetur Sigimbaldus de Quinti se portare in societate a Wilielmo Barbavaira lib. .x. et de suis lib. .v. in Sardiniam et inde

(1) *Cancellato: et possit mittere.*

(2) *Sanguisvetius (P).*

(3) *Cancellato: de.*

quo ierit cum maiori parte sociorum causa negoziandi, bona fide. In redditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. In botea Pignoli, die .vi. exeuntis martii. Testes Anselmus tajor, Obertus Rangus, Wilielmus de Quinto.

1794. *Giovanni Boletto dà quitanza della dôte di sua nuora Alda.*
26 marzo 1192.

Patrimonium Alde].

Sub volta Fornariorum, die .vi. exeuntis martii. Testes Ogerius Zarela, Wilielmus Gallus, Ogerius filius Ogerii Zarele. Confitetur Iohannis Boletus se habuisse de dote sue nurus Alde uxoris sui filii Honorati lib. .cl. in denariis et locum de Pelio cum omnibus suis pertinentiis pro lib. .cl. Quibus lib. .ccc. inter denarios et locum clamat se quietum et pagatum ab Oberto Castagna et ab Ingone fratre eius. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat tantum in suis bonis quod bene valeat lib. .c. ad habendum, tenendum et quicquid voluerit faciendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis omnia sua bona sua habita et habenda Oberto Castagne recipienti pro Alda pignori obligat.

1795. *Marino di Soziglia e Raimondo de Setalia pagheranno a Lorenzo di Boto da Milano una somma al 1º agosto.* 26 marzo 1192.

Laurentii].

Confitetur Marinus de Sosilia et Raimundus de Setalia se datus Laurentio filio Boti de Mediolano lib. den. ian. .lxxii. et sol. .vii. minus den. .iii. ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri omni. Ante domum illorum Ususmaris, ea die. Testes Wilielmus de Terdona, Obertus Pilosus, Ansaldus censarius.

1796. *Ansaldo Malocello e Pagano Malocello pagheranno una somma a Manfredo Groia a S. Giovanni.* 27 marzo 1192.

Groje].

Promittunt Ansaldus Malocellus et Paganus Malocellus se datus Manfredo Groje lib. den. ian. .lxii. ad sanctum Iohannem iunii proximi pro Simone Malocello super quo Simone idem Manfredus habet cartam librarum .c. minus sol. .xxx. ex quibus tamen rece-

pit lib. .xxi. Manfredus. Et hanc innovationem recipit Manfredus salvo tenore et ratione illius carte quam habet super Simone. Et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri (1) quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Iurant etiam pagare ut supra, nisi quantum et cetera. Et si terminum vel terminos et cetera. Et confitentur ipsi facere hec mandato Simonis fratris sui. Sub porticu Ottonis Pezulli, die .v. exeuntis martii. Testes Ubertus Costa, Ansaldus de Rodulfo, Vivaldus Vitalis.

1797. *Guglielmo Collogruvis e Guglielmo di Beders pagheranno a Rodolfo Trenchet o a Gerardo di Baiolo una somma. 27 marzo 1192*

[*fo. 96 v.*] (2) *Ragul*.

Confitetur Wilielmus Collum Gruvis et Wilielmus de Beders se daturos Ragul Trenchet vel Gerardo de Bajolo (3) lib. den. ian. .LXXVIII $\frac{1}{2}$. per totum madium proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Testes Wilielmus Rizisom, Rufinus de Canneto, Guilibertus tajaori. In botea heredum Bernardi Aspirani, die .v. exeuntis martii. .MCLXXXII., indictione .VIII.

1798. *Ugo, taiaor, pagherà una somma a Ragul Trenchet o a Gerardo di Baiolo. 27 marzo 1192.*

[*Ragul*].

Confitetur Hugo tajaor se daturum Ragul Trenchet (4) vel Gerardo de Bajolo lib. .XLVI $\frac{1}{2}$. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Wilielmus Rizisom, Otto de Langasco, Homodeus draperius. In botea Iordanii Ricerii, ea die.

1799. *Giovanni de Canali pagherà una somma a Ragul o a Gerardo a pasqua. 27 marzo 1192.*

[*Ragul*].

Confitetur Iohannis de Canali se daturum Ragul vel Gerardo lib. .XXVI. et sol. .ii. ad pasca proximam, sub pena dupli. Testes Wi-

(1) *Cancellato*: solidi.

(2) *Nel margine superiore*: In martio.

(3) *In soprallinea*: vel Gerardo de Bajolo.

(4) *et cancellato*.

lielmus Rizisom, (1), Imbertus de Verzellato. In botea Pignoli, ea die.

1800. *Genuardo, drappiere, pagherà a Ragul o a Gerardo una somma. 1192.*

[Ragul]] (2).

Confitetur Genoardus draperius se daturum Ragul vel Gerardo lib. .xiii. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Nicola draperius, Wilielmus Rizisom. In botea in qua idem Genoardus, ea die.

1801. *Nicoloso de Mari, Malerba da Porta, Giovanni Strallera, cedono a Uberto Taberna i diritti che hanno su Ambrogio Ferrabo. 27 marzo 1192.*

Uberti Taberne].

Ante domum Nicolosi de Mari, ea die. Testes Iohannis de Grita, Ionathas de Mari, Wilielmus de Alinerio. Nicolosus de Mari et Malerba de Porta et Iohannis Strallera (3) nomine Vasalli Strallere (3) sibi fratris et Gregorii et qui confitetur facere mandato eorum dant et cedunt Uberto Taberne omne ius et rationes et actiones quod vel quas habent super Ambroxio Ferrabo et super bonis eius (4) pro debitibus que ipse Ambroxius debet eis sicut continetur in cartis quas dant Uberto prefato cum omni ratione sicut in cartis (5) continetur, occasione pene vel qualibet alia occasione quibus omnibus rationibus sicut habent super eo vel super bonis eius aliquo modo vel aliqua occasione ipse eiusque heres (6) possit uti et agere et intendere directo et utiliter omnibus modis sicut ipsi possunt vel sui heredes possent.

1802. *Rainaldo, pagherà una somma ad Albertino de Mache, 15 giorni dopo pasqua con la garanzia di Guidoloto da Lucca. 27 marzo 1192.*

Albertini de Mache].

Confitetur Rainaldus frater Camarlenzi se daturum Albertino de

(1) *Cancellato*: Oliverius.

(2) *Questo documento ed i tre precedenti sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(3) *Strallaira, Strallaire, Stralleira* (?).

(4) *Cancellato*: pro sorte et pro pena.

(5) *eis* (?).

(6) *In sopralinea*: eiusque heres.

Mache lib. .xvi. ad dies .xv. post pasca proximam, sub pena dupli. Et Widolotus Lucensis debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Iohannis Mazamor, Iohannis Usura. Sub volta Fornariorum. die .v. exeuntis martii.

1803. *Ottone Montanario pagherà una somma a Giovanni Petegna all'8 di maggio. 27 marzo 1192.*

Iohannis Petegne].

Confitetur Otto Montanarius se daturum Iohanni Petegne lib. .xx. ad dies .viii. madii proximi pro balla .i. fustianorum, sub pena dupli. In botea in qua habitat idem Otto, ea die. Testes Lafrancus Guertius, Ogerius Trestestes.

1804. *Guglielmo Ferrando pagherà una somma a Guidotto da Ceneseta a S. Giovanni con la garanzia di Ottobono della Croce. 27 marzo 1192.*

Guidoto de Cenexeta].

Confitetur Wilielmus Ferrandus se daturum Guidoto de Cenexeta de Mediolano lib. .xxviii. pro balla .i. fustianorum ad octavam sancti Iohannis proximi, sub pena dupli. Et Ottobonus de Cruce debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Testes Wilielmus quondam Ottonis Boni, Petrus Octavus (1), Rainaldus Clericus de Calignano, sub volta Fornariorum, ea die.

1805. *Ottone di Langasco pagherà a Lorenzo figlio di Boto da Milano, una somma all'ottava di S. Giovanni. 28 marzo 1192.*

Laurentii Boti].

Confitetur Otto de Langasco se daturum Laurentio filio Boti de Mediolano lib. den. ian. .LII $\frac{1}{2}$. ad octavam sancti Iohannis iunii proximi, sub pena dupli. Sub porticu Wilielmi Beaque, die .III. exeuntis martii. Testes Ansaldus censarius, Monaboi, Iacomus Roza.

1806. *Lanfranco de Mari pagherà ad Ottone di Langasco una somma all'ottava di S. Giovanni. 28 marzo 1192.*

Ottonis de Langasco, p.].

Confitetur Lafrancus de Mari se daturum Ottoni de Langasco lib. den. ian. .LII $\frac{1}{2}$. ad octavam sancti Iohannis iunii proximi, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

(1) Ottonus (P).

1807. *Ugo Mazalis prende a prestito marittimo per Ceuta una somma da Suzubono.* 28 marzo 1192.

Suzuboni].

Confitetur Hugo Mazalis se cepisse mutuo a Suzubono lib. .l. den. ian. unde Lafranchino filio Oberti Porci misso Suzuboni (1) vel eius misso dare promittit bisantios .ccxvii. minus terciam mundos ab omni drichto et omnibus avariis ad dies .xx. ex quo fuerit Sepete (2) vel quo navis faciet portum in qua ibit et dare expensas Lafranco usque dum fuerit pagatus (3) salva eunte illa nave vel maiori parte rerum navis, sub pena dupli. Testes Marinus Dalmatius, Enricus filius eius, sub volta Fornariorum, die ea. Amicus Porcus.

1808. *Ugo Mazalis prende a prestito marittimo una somma da Marino Dalmazzo.* 28 marzo 1192.

Marini Dalmatii] (4).

Confitetur Hugo Mazalis se cepisse mutuo a Marino Dalmatio lib. .l. unde (5) Enrico filio eiusdem Marini dare promittit bisantios .ccxvii., similiter ut supra. Ea die et loco et testibus.

1809. *Giordano da Mari pagherà a Uberto da Chiusa una somma.* 28 marzo 1192.

Oberti de Clusa].

Confitetur Iordanus de Mari se daturum Uberto de Clusa lib. .x. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Iohannis ga- staldus, Iohannis cazaor, sub volta Fornariorum, ea die .MCLXXXVIII. inductione .viii.

1810. *Testamento di Ottone, figlio del fu Rubaldo Gimbo.* 28 marzo 1192.

Testamentum].

Otto filius quondam Rubaldi Gimbi sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib. .x. ita distributas: decenum operi Sancti Lau- rentii residuum pro exequis funeris in ordinatione sue uxor. Apud Sanctum Andream de Porta vult sepeliri. Anne sue cognate lib. .x. legat. Reliquorum suorum bonorum pariter heredes instituit filios

(1) *In sopravviva:* misso Suzuboni.

(2) *Sic!*

(3) *In sopravviva:* et dare expensas... pagatus.

(4) *Cancellato:* Confitetur Marinus Dalmatius se cepisse mutus a Suzubono.

(5) *Cancellato:* ei.

et filias Montanariam, Wilielmetam, Simonetam, Obertinum, et Enrichitum. Quos et res dimittit in custodia et tutela et administratione sue uxoris et que possit vendere et mittere per mare et per terram causa negoziandi et faciendi tamquam ipse facere posset. Et que sit donna et domina et rerum et filiorum ad fortunam minorum (1). Et vult ut ipsa habeat victum et vestitum in bonis suis usque dum ipsa vixerit et fuerit (2) sine marito. Et confitetur quod lib. .LXV. que fuerunt date Bonacause in solutione pro dote eius, quod fuerunt de patrimonio Iacomie. Et pro quibus lib. .LXV. estimata fuit Iacomie terra que est in Mortedo sicut continetur in laude facta per manum Iohannis de Donato. Et quam terram vult ut ipsa habeat pro lib. .LXX. vel lib. .LXV. in denariis quod istorum maluerit ipsa. Et confitetur ei fecisse pron... (3) lib. .LXX. quas vult ut habeat in bonis suis pro more civitatis Ianue. Sue uxori legat omnia sua garnimenta quibus ipsa utitur et massaricia omnia sua (4) et lectum paratum (5) cum omnibus utensilibus lecti. Item confitetur se habuisse a sua uxore lib. .XX. et (6) eas expendisse in utilitate domus et quas vult ut habeat in bonis suis ultra predictas rationes suas. Hec est sua ultima voluntas etsi quod ius legitur deesse. In domo Ogerii de Cartagenia in qua testator habitat, die .III. exeuntis martii. Testes (7), Simon filius Marini de Sosilia, Ansaldus Silvanus, Hugo Laurel, Wilielmus de Fontanejo, Vasallus Rapallinus, Michel afaitaor, Iacomus serviens eiusdem testatoris. Et confitetur debere dare Anne sue cognate lib. .III. et Ansaldo Silvano sol. .XXII.

1811. *Vasallo, figlio del fu Azo da Zanego, promette di stare a servizio per tre anni da Martino, draperius. 29 marzo 1192.*

[*fo. 97 r.*] *Martini draperii].*

Iurat Vasallus quondam filius Azi de Zanego, consilio Gandulfi sui fratris et Oberti Barbavaire sui cognati, se stare cum Martino draperio usque ad annos .III. proximos causa serviendi ei et faciendi ei omnia servitia que sciat et possit facere bona fide, et salvare et custodire res eius et sibi commissas et non defraudare per annum ultra sol. .II. Et iurat quod usque dum steterit cum eo non

(1) *In sopravlinea*: ad fortunam minorum.

(2) *Cancellato*: cu (?).

(3) pro..... (?).

(4) *In sopravlinea*: et massaricia omnia sua.

(5) *Cancellato*: ut est.

(6) *Cancellato*: quas.

(7) *Cancellato*: Obertus iudex.

aget cum aliqua muliere que habitat cum Martino et ut supra iurat attendere nisi quantum remanserit licentiam eius. Et si non attenderit ut supra Gandulfus frater suus et Obertus Barbavaira et Oberetus Monederius promittunt pagare et dare ei lib. .x. et totum dampnum restituere, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In botea Wilielmi Piperis, die .m. exeuntis martii. Testes Ogerius de Carpeneto, Wilielmus filius Stephani magistri. Ansaldus Cavallus, die .m. exeuntis martii. Et Martinus promittit tenere et dare victum et vestitum convenienter ut eum deceat, sub pena librarum .x.

1812. *Omodeo e Donnola, coniugi, vendono ogni loro possedimento in Sestri Levante a Giovanni Cazano.* 29 marzo 1192.

HomoDeus magister et Donnola iugales vendunt Iohanni Cazano totum quod videntur habere et possidere in Valle Sejestri et totum quod tenet per eos et solitus est tenere per eos plenum et vacuum cum omni suo iure et comodo et utilitate et ingressibus et exitibus suis nichil in se retento pretio lib. den. ian. .viii. et de pretio clamant se quietos et pagatos. Et quod plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos ei cedunt, et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit sine omni eorum omniumque pro eis contradictione.

1813. *Marchisio de Volta pagherà una somma a Suzubono a S. Giovanni con la garanzia di Ingone de Volta.* 30 marzo 1192.

[Suzuboni] (1).

Confitetur Marchesius de Volta se daturum Suzubono lib. .x. ad sanctum Iohannem iunii proximi quas prestavit ei gratis, sub pena dupli. Et Ingo de Volta debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Sub porticu Caputdergoli (2), die .ii. exeuntis martii. Testes Curradus Malfiliaster, Bauditio Strejaporci.

1814. *Giovanni Boleto pagherà a Suzubono una somma a pentecoste.* 30 marzo 1192.

[Suzuboni]].

Promittit Iohannes Boletus se daturum Suzubono lib. .ccl. den. ian. a pentecoste proxima ad aliam pentecosten proximam pro Wi-

(1) Questo documento e il seguente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

(2) Capud Orgolii (?).

lielmo Enbriaco et eius voluntate de pretio domorum quas idem idem (1) Iohannes comparavit a Wilielmo Enbriaco, et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit pro eo, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri, sub pena dupli in suis bonis. Insuper promittit Iohannes ei iurare facere hoc pagamentum ut supra in carta (2) usque ad pentecosten proximam, sub pena lib. .c. in suis bonis. Sub volta Ansaldi Buferii, die .m. exeuntis martii. Testes Ansaldus Buferius, Iohannes Grita.

1815. *Tedezone da Lucca pagherà a Buzarino e a Guarnerio de Maguezato una somma a metà aprile con la garanzia di Guido Bilissimo.* 30 marzo 1192.

Buzarini].

Confitetur Tedezonus de Luca se daturum Buzarino et Guarnerio de Maguezato (3) lib. .xviii. ad medium aprilem proximum, sub pena dupli. Et Wido Bilissimus debitor et pagator (4) in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Testes Otto de Langasco, Iohannis cazaor, sub volta Forniorum, die .ii. exeuntis martii.

1816. *Grillo pagherà una somma a Enrico Cujono entro maggio.*
30 marzo 1192.

Enrici Cujoni].

Confitetur Grillus se daturum Enrico Cujono lib. .xx. per totum medium proximum, sub pena dupli. Testes Wido de Rezo, Iohannes cazaor. Ante boteam Petri Venti, ea die.

1817. *Ottone, figlio di Guglielmo, e Albertino, figlio di Broco di Vicomuscato, pagheranno una somma a Guidotto di Canesello all'ottava di S. Giovanni.* 30 marzo 1192.

Widot de Cinixelle].

Otto filius Wilielmi magistri et Albertinus filius Brochi de Vicomuscato (5) confitentur se datus Widoto de Canexello sol. .xlvi. ian. ad octavam sancti Iohannis iunii proximi, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Ea die (6). Testes

(1) Sic!

(2) In sopralinea: in carta.

(3) Per postilla: et Guarnerio de Maguezato.

(4) Cancellato: sub pena dupli.

(5) Vicomercato (¶).

(6) Cancellato: et loco.

Iohannes gastaldus (1), Vivaldus de Portuveneri, sub volta Fornariorum.

1818. *Giovanni Ramano pagherà a Mabilia, moglie di Giovanni Baldo, una somma al 10 aprile dell'anno prossimo.* 30 marzo 1192.

Mabilie].

Confitetur Iohannis Ramanus filius quondam Ramani se daturum Mabilie uxori Iohannis Balbi sol. .c. a kalendis aprilis proximi ad annum proximum, sub pena dupli. Iurat etiam ita attendere nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et quos denarios prestavit gratis. Ea die et loco. Testes Montanarius Barbavaira, Rufinus de Canneto.

1819. *Opizo, pellizarius, pagherà a Giovanni Petegno o a Berguntio una somma a metà maggio.* 31 marzo 1192.

Johannis Petegni].

Confitetur Opizo pellizarius se daturum Iohanni Petegno vel Berguntio (2) lib. xvii. ad medium madium proximum, sub pena dupli. Testes Ogerius Zarela, Ogerius de Cartagenia, Wilielmus Gallus, sub volta Fornariorum. Die ultima martii. .MCLXXXII.

1820. *Bollo e Guido di Muro pagheranno a Buzarino, a Guarnero e a Magnezato una somma a metà aprile con la garanzia di Guido Bilissimo.* 31 marzo 1192.

Buzarini].

Confitentur Bollus et Wido de Muro se daturos Buzarino et Guarnero et Magnezato (3) lib. .lxii. (4), ad medium aprilem proximum, et sua bona pignori obligat in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Wido Bilissimus debitor et pagator et sua bona pignori obligat, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. Ea die et loco. Testes Wido de Rezo, Otto BaxiaDonna de Mari. .MCLXXXII., indictione .viii.

1821. *Ottone Montanaro pagherà a Guidino Ardengo una somma.* 31 marzo 1192.

(1) *Cancellato:* Oddonus de Melazo.

(2) *In soprolinea:* vel Berguntio.

(3) Maguezato (†).

(4) *Cancellato:* et sol.

Guidini].

Confitetur Otto Montanarius se daturum Guidino Ardengo lib. .xx. per totum madium proximum, sub pena dupli. Testes Lafrancus Guertius, Andreas de Campi. In botea in qua habitat idem Otto, ea die. .MCLXXXII.

1822. *Ruffino di Canneto pagherà una somma a Opizone Arancabosco.* 31 marzo 1192.

Opizonis Arancabosci].

Confitetur Rufinus de Canneto se comparasse ab Opizone (1) Arancabosco albos .x. de Lisna et album .i. de Ipra, unde ei dare promittit lib. den. ian. .LXXXVI. per totum madium proximum, et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli. Opizo tamen facit hanc venditionem retinendo in se possessionem predictorum draporum. Et quos drapos Guido-tus tinctor confitetur habere ab Opizone in accomendatione causa tingendi bona fide, tali pacto ut si Rufinus non pagaret ut supra Widotus promittit Opizoni reddere (2) tintos et sine expensis Opizonis vel pagare. Et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. (3) quod (4) non fuerit pagatus, sua auctoritate et sine magistratus decreto faciat quicquid voluerit de pannis (5), nullum ius retinendo pro tinctura vel pro expensis (6). Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Manfredus Guertius, Otto de Trepì, Bonagens de Serrino (7).

1823. *Martino di Albaro pagherà a Pietro Vachino una somma al 1° maggio.* 31 marzo 1192.

Petri Vachini].

Confitetur Martinus de Albario se daturum Petro Vachino lib. (8) .xviii. ad kalendas madii proximi, sub pena dupli. Testes Rolandus de Canneto, Oliverius Gontardus. Ea die et loco.

(1) *Cancellato:* de.

(2) *Cancellato:* vel pag.

(3) *Cancellato:* Et si drapos dedit.

(4) *Cancellato:* Rufi.

(5) *In sopralinea:* de pannis.

(6) *In sopralinea:* vel pro expensis.

(7) Bonagens (de cancellato?) Serreno (9).

(8) *Cancellato:* .xx.

1824. *Mabilia, moglie del fu Ogerio Baltigario, e Raimondo, suo figlio, vendono beni a Suzubono. 31 marzo 1192.*

[*fo. 97 v.*] *Suzuboni].*

Mabilia quondam uxor Ogerii Baltigarii et Raimundus filius eius vendit Suzubono libratas .xxv. et sol. .iii. in domo et in terra que fuit de Arzoma in civitate Ianue iuxta domum Suzuboni et a duabus partibus via (1) cum omni suo iure et comodo et utilitate pretio lib. den. ian. .xxv. et sol. .iii. et que librate .xxv. et sol. .iii. fuerunt laudate Ogerio Baltigario contra Bernizonem de Campo et de pretio clamat se quietos et pagatos abrenunciantes exceptioni non numerate peccunie. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse ad faciendum a modo proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine per se suosque heredes ei eiusque heredi defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli. Pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant in solidum sicut pro tempore valuerit vel meliorata fuerit hec vendita sub extimatione in consimili loco, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri, et Mabilia abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Iurat etiam Raimundus super animam suam et animam matris, si Deus adiuvet se et illam hanc venditionem tenere et habere firmam et ratam et nec de pretio requisitionem facturos et contra non venturos per se nec per alium pro se. Et Raimundus confitetur esse maiorem annis .xx. Et faciunt hec ambo consilio et auctoritate suorum parentum, Alexandri Torselli et Wilielmi Blanci. In domo venditorum, die ultima martii. Testes Iohannis Feneralolius, Arduinus de Sori et consiliares.

1825. *Mabilia e Raimondo, suo figlio, prendono a mutuo una somma da Suzubono. 31 marzo 1192.*

[*Suzuboni*]] (2).

Confitentur Mabilia et Raimundus Baltigarius filius eius se cedisse mutuo pro amore a Suzubono libram .i. auri de tarino, quam ei reddere promittunt usque ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Iurat etiam Raimundus super animam suam et matris licentia eius pagare ut supra, nisi quantum et cetera, et si terminum vel terminos et cetera. Et faciunt hec consilio Alexandri Torselli et Wilielmi

(1) Cancellato: que h; in soprallinea: et a duabus partibus via.

(2) Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.

Bianci parentum. Et Raimundus confitetur esse maiorem annis .xx.
Fa die et loco et testibus.

1826. *Giordano de Mari, pagherà una somma a Trencavel. 1 aprile 1192.*

Trencavel] (1).

Confitetur Iordanus de Mari se daturum Trencavel lib. .x. per totum madium proximum, sub pena dupli. Sub volta Fornario-rum. In kalendis aprilis. Testes Iosbertus, Iohannis Guertius.

1827. *Guglielmo di S. Dalmazzo pagherà una somma a Nero Ca-vallerio a pentecoste. 1 aprile 1192.*

Nigri].

Confitetur Wilielmus de Sancto Dalmatio se daturum Nigro Cava-lerio lib. .xx. ad pentecoste, sub pena dupli. Testes Wido de Rezo, Valdetarius, Iohannis Zaritola, Wido taiaor. Ante boteam de Por-cellis. Ea die.

1828. *Blancardo e Donnola, coniugi, pagheranno una somma a Drogo di S. Lorenzo. 1 aprile 1192.*

Drogi]

Confitentur Blancardus et Donnola iugales se comparasse tantum a Drogo de Sancto Laurentio, unde ei dare promittunt lib. den. ian. .lx. usque ad annum proximum, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri et (2) exceptioni non numerate peccunie et ipsa abrenuncians legi Iulie iuri hypothecarum et decreto consultus Velleiani. Iurant etiam ambo corporaliter pagare ut supra intercise et iurant quod non facient per se nec per alium pro se ut ipse vel aliquis pro eo perveniat ad aliquod dampnum occasio-ne usure vel ecclesie. Et facit hec omnia Donnola consilio et auctoritate suorum parentum Bartholomei Porcelli et Enrici Gontardi, et quos confitetur esse suos parentes. Et si non pagaverit ut supra Ot-tobonus de Cruce promittit pagare predictas libras ad eundem ter-minum et primum et principalem debitorem et pagatorem se con-stituit. Et inde omnia sua bona ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In ecclesia Sancti Laurentii, ea die:

(1) In lettere grandi nel margine: IN APRILI.

(2) Cancellato: iur.

Testes Bonus Vasallus Barbavaira, Wilielmus filius quondam Ottone Boni de Cruce et consiliatores.

1829. *Ugo, taiaor, pagherà una somma a Oddone Damiano.* 1 aprile 1192.

Oddonis Damiani].

Confitetur Hugo taiaor se daturum Oddoni Damiano lib. .xxii. et sol. .viii. per totum aprilem proximum, sub pena dupli. Testes Iordanus Ricerius, Manfredus Guertius, sub volta Fornariorum, ea die.

1830. *Giordano de Mari pagherà una somma ad Alberto Bivino a S. Giovanni.* 1 aprile 1192.

Alberti Bivini].

Confitetur Iordanus de Mari se daturum Alberto Bivino lib. .x. ad sanctum Iohannem iunii proximi, sub pena dupli. Ante boitem filiorum Bonbel Romani. Ea die. Testes Wilielmus Zetapanis, Arduinus de Suderca (1).

1831. *Ottone di Marejono pagherà a Ruggero di Ajato una somma al 1° maggio.* 2 aprile 1192.

Rogerii de Ajato].

Confitetur Otto de Marejono se daturum Rogerio de Ajato lib. .xiii. et sol. .vi. et den. .v. ian. ad kalendas madii proximi, et inde ei pignori obligat petias .xi. de drapis de Cumis, et sunt mantellares .vii. nigri et alii sunt isulani tincti (2), et quos Rogerius confitetur habere tali pacto ut si non fuerit pagatus, vendat et sine Ajati decreto (3) pignus sua auctoritate et se persolvat. Et de quantum steterit ultra terminum quod non sit solitus dare promittit per libram den. .vi. per mensem. Et si in pignore defuerit reliqua bona sua ei pignori obligat. Testes Melanus censarius, Ambroxius Verrus. Sub volta Fornariorum, die .ii. aprilis.

1832. *Civita, calegarius, e Stefano da Chiavica contraggono una societas.* 2 aprile 1192.

Stephani et Balduini].

Confitetur Civitas calegarius se portare in societate a Stephano de Clavica lib. .xxi. et sol. .xii. et de suis lib. .x. et sol. .xvi. et Amicus

(1) Suderca (?).

(2) *In soprallinea:* tincti.

(3) *In soprallinea:* et sine Ajati decreto.

de Pellanexo ab eodem lib. .vii $\frac{1}{2}$. et de suis lib. .iii. et sol. .xv. in Sardiniam causa negotiandi, bona fide. Inde Ianuam reducere promittunt in potestate eius vel sui certi missi vel Balduini (1) proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exiverint portum Ianue cum capitali et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. Et Stephanus confitetur predicta esse de societate quam habet cum Ogerio Vento et cum Balduino Vivesitis. Sub porticu heredis Helie, ea die. Testes Helion de Clavica, Bonosegna de Sancto Donato, Simon Lecanoze, Nicola Lecanoze.

1833. *Filippo, figlio di Trincherio di Piazza Lunga dà quitanza della dote della moglie.* 2 aprile 1192.

Patrimonium Simone].

Confitetur Philippus filius Trencherii de Platea Longa emancipatus se habuisse de dote sue uxoris Simone a suo socero Balduino lib. .cxiii. inter denarios et guarnimenta, et quietum se clamat et pagatum, et inde omnia bona sua habita et habenda (2) Balduino pignori obligat recipienti pro filia (3) et abrenuncians exceptioni non numerate dotis. Iurat etiam hanc cartam dotis et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et de predicta pecunia requisitionem non facturum et contra non venturum. Et confitetur esse maiorem annis .xx. Et facit hec omnia consilio Nicole Lecanoze et Simonis Lecanoze patruorum suorum. Testes Stephanus de Clavica, Gandulfus Figal, Helion de Clavica. Ea die et loco. Et iurat facere cartam de eisdem libris in laude sapii Balduini ad mensem .i. proximum ex quo petetur, ex quo pervenit ad etatem annorum .xxv. Et antifactum facit lib. .c., et iurat similiter de antifacto.

1834. *Filippo, figlio di Trincherio di Piazza Lunga, contrae una accomodatio con Stefano da Chiavica e Balduino Vivesito.* 2 aprile 1192.

[*fo. 98 r.*] Stephanus et Balduini].

Confitetur Philippus filius Trencherii de Platea Longa emancipatus se portare in accomodatione a Stephano de Clavica et a Balduino Vivesitis lib. .xxiii. et sol. .xv. implicatas in sagis, Buzeam et inde quo ierit causa negotiandi bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi

(1) *In soprallinea:* vel Balduini.

(2) *Cancellato:* ei.

(3) *Cancellato:* jurat.

missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ea die et loco. Testes (1) Helion de Clavica, Wilielmus de Albaria, Hugo sartor. Et sunt de ratione quam habent insimul Stephanus et Balduinus.

1835. *Stefano da Clavica riconosce la validità del testamento di Porcella sua figlia.* 2 aprile 1192.

[*Stephani et Balduini*]] (2).

Stephanus de Clavica confirmat et vult ut testamentum sive ultima voluntas quod vel quam fecit Porcella sua filia sit firmum et ratum et valeat ut ipsa statuit. Testes Helion de Clavica, Balduinus Vivussitis, Philippus filius Trencherii de Platea Longa, Wilielmus de Albario, Gerardus calegarius. Ea die et loco.

1836. *Ido Stancone porta merci di Guidoto di Cinesello a Bugia per commercio.* 2 aprile 1192.

[*Idonis Stanconi et Guidoti*].

Confitetur Ido Stanconus se portare nomine pignoris a Widoto de Cinexello ballam .i. tinctam et ballam .i. albam fustianorum ad suam fortunam causa vendendi Buzeam bona fide et pagandi se bisantios novos auri .cxliii. mundos ab omnibus expensis pro lib. .xxxvi., quas confitetur se recepisse ab eo. Et quod superfuerit promittit adducere implicatum bona fide ad fortunam eius. Si quod vero defuerit dare promittit pro bisantio non soluto sol. .vi., sub pena dupli. Et Niger Cavalierius debitor et pagator, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri. In foro Sancti Georgii, die .ii. aprilis. Testes Petrus Ottonus, Wilielmus Guertius Ostaliboi, Bartholomeus de Campo, Wilielmus cancellerius.

1837. *Donato Schenardo prende a mutuo una somma da Gilia, moglie di Forte da Camogli.* 2 aprile 1192.

[*Gilia*].

Donatus Schenardus confitetur se cepisse mutuo pro amore a Gilia uxore Fortis de Camugi sol. .xxx. den. ian. quos promittit reddere ad annum unum et dimidium, et inde domum suam de Castello Ianue ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli, et reliqua

(1) *Cancellato*: Stephanus.

(2) *Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

bona sua. Testes Simon Gontardus, Ido Stanconus, Raimundus Ca-varuncus, Homodeus de Rapallo, Marescotus de Placentia. In domo Ingonis Longi, die .ii. aprilis.

1838. *Testamento di Donato Schenardo.* 2 aprile 1192.

Testamentum].

Idem Donatus sua ultima voluntate iudicat pro anima sua sol. .xi. ita distributos: sol. .x. hospitali Sancti Iohannis, Sancto Nicolosso de Capite Montis sol. .x., Sancto Micheli de Ruga sol. .v., (1) plebi de Camugi sol. .v., portui de Camugi sol. .v. Reliquorum suorum honorum heredem instituit Giliam uxorem Fortis de Camugi. Hec est sua ultima voluntas. Ea die et loco et testibus. Et sol. .v. Sancto Martino de Marea pro anima Hugonis.

1839. *Guglielmo di Canneto e Riccio di Monleone pagheranno una somma ad Ambrogio di Zavar.* 4 aprile 1192.

Ambroxii de Zavar].

Confitentur Wilielmus de Canneto et Ricius de Monleon se datu-ros Ambroxio de Zavar lib. .xxi. et sol. .vi. per totum madium proximum, sub pena dupli, in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri omni. Ante boteam Ogerii Venti (2). Testes Wilielmus Pontius, Otto de Langasco, die .iii. aprilis.

1840. *Graziano, figlio di Guglielmo Roza di Voltri, contrae una societas con Matelda, moglie di Ardizzone.* 7 aprile 1192.

Matelde].

Confitetur Gratianus filius Wilielmi Roze de Vulturi iussu sui patris (3) se portare in societate a Matelda uxore Arditionis lib. .xxiii. et de suis lib. .xii. quo sibi videbitur causa negociandi melius usque ad annum. Usque tunc promittit reducere in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit aliquo modo ex quo exi-vertit portum Ianue cum capitali, et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. Et si in sua culpa devastaverit vel non atten-derit ut supra, pater eius predictas libras et totum dampnum ei re-stituere promittit sub pena dupli stipulata in suis bonis, abrenun-cians omni iuri. In Vulturi in domo Ogerii de Cartagenia, die .vii.

(1) *Cancellato:* pro anima Hugonis, sanctum.

(2) *Cancellato:* die .iii. aprilis.

(3) *In soprallinea:* iussu sui patris.

aprilis Testes Germanus batifolium, Aicardus de Vulturi, Ogerius Bocca.

1841. *Offiza de Cravili dona a Opizone di Rivarolo, arciprete, beni vari.* 7 (?) aprile 1192.

Sancte Marie de Rivaroli].

Offiza de Cravili donationem inter vivos et offertionem facit domino archipresbytero Opizoni de Rivaroli recipienti nomine ecclesie de Rivaroli de petia .i. terre posita in Cravili in ora que dicitur Sorbula, iuxta terram Alexandrie et nepotum Office, et de petia .i. terre posita in plano de Cravili, iuxta terram Adalaxie et Ottolini Et de petia .i. terre iuxta terram Gandulfi Tasce et suorum nepotum. Et de duabus petiis terre de super domum Nicole et suorum nepotum. Et de petia .i. terre in Valle Calida iuxta terram Balduini de Cravili. Et de petia .i. terre in capite vallium que est pro indiviso cum Pascali de Campo Felegoso. Et de petia .i. terre que est pro indiviso cum Trencherio de Platea Longa iuxta terram Adalaxie de Sardenis, et ex hoc quod habet infra Segula, et ubi habet tres partes. Et de petia .i. in Celasco que est pro indiviso cum Oliverio et Wilielmo fratribus de Cella, ut decetero habeat, teneat, et quiete possideat sua pura donatio inter vivos sine omni eius omniumque pro ea contradictione. Et quam donationem promittit tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum sub pena dupli in suis bonis, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri (1). Et archipresbyter per se suosque successores promittit ei dare victum et vestitum. In Rivaroli in domo predicte ecclesie, ea die. Testes presbyter Armannus, Germannus batifolium, Andreas de Puteo, Wilielmus de Cella, Iohannis filius Vasalli de Cravili.

1842. *Guglielmo di Langasco prende a mutuo una somma da Ottone di Langasco.* 14 aprile 1192.

Otonis de Langasco].

Confitetur Wilielmus de Langasco de Porta se cepisse mutuo pro amore ab Ottone de Langasco lib. .III. quas promittit reddere ad kalendas augusti proximi, sub pena dupli. Testes Arduinus de Castelleto, Rogeronus Amixellus, sub volta Fornariorum, die .XIII. aprilis.

1843. *Sigibaldo da Quinto, e Buonvillano, notaio, contraggono una societas per traffici in Sardegna.* 14 aprile 1192.

(1) *Per postilla:* et quam donationem... et omni iuri.

BoniVillani notarii].

* Confitetur Sigimbaldus de Quinto se portare in societate a BoniVillano notario lib. .ii. et de suis lib. .i. in Sardiniam causa negotiandi bona fide et quo ierit cum sociis. (1) Et de quibus libris confitetur fecisse societatem cum Wilielmo Barbavaira et que libre debent lucrari et expendere per libram cum illa societate. In redditu Ianue reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali, et salvo capitali proficuum per medium debet partiri. Testes Widoleitus Lucensis, Wilielmus de Quinto. Ea die et loco.

1844. Anselmo Buferio e Giovanni Fossato si dividono una casa.

14 aprile 1192.

Anselmi et Iohannis Fossati].

Confitentur Anselmus Buferius (2) pro se et Iohannes Fossatum pro se et pro suis filiis et filiis quondam Roaxie sue uxor et curans pro eis in hoc facto se celebrasse divisionem de domo quam videntur habere in civitate Ianue in ora que dicitur Salatrana iuxta domum Oberti Pichinoti et (3) factam a publicis extimatoribus, et in qua domo Anselmus quod supra habet pedes tres vivos et polices .xi. vivos, et antea et retro. Et Iohannes pro se et pro minoribus habet pedes .v. et polices .xiii. vivos, ut ambo confitentur ad invi-eem. Ea die et loco. Testes Wilielmus Maniapanis, Obertus ferrarius, Ogerius de Cartagenia. Et quisque eorum faciat quod vellit (?).

1845. Giovanni Fossato pagherà una somma annua ad Anselmo Buferio per la casa di cui al doc. 1844. 14 aprile 1192.

Anselmi].

* Et idem Iohannes promittit eidem Anselmo dare sol. .xiii. ad rationem anni de tanto quantum tenebit partem domus Anselmi quam habent insimul in civitate Ianue in Salatrana et inde (4) partem suam eiusdem domus et reliqua bona sua ei stipulanti obligat, sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

1846. Manfredo, figlio di Oddone Mosca da Alessandria e Baitano, figlio di Frumento di Alessandria, e Daut vendono a Guidolotto da Lucca una schiava sarda. 14 aprile 1192.

(1) Cancellato: et que libre.

(2) Cancellato: Pan (?); in soprallinea: Buferius.

(3) In soprallinea, cancellato: esse (quam ?).

(4) Cancellato: eandem.

[fo. 98 v.] (1) Widoloti Lucensis].

Manfredus filius Oddonis Musce de Alexandria et Baitanus filius Frumenti de Alexandria et Daut serviens Idonis de Carmadino vendunt Widoloto Lucensi sardam .i. Mariam nomine pro ancilla non furata nec ablata pretio sol. .lx. den. ian. et quietos se clamant. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse ut decetero faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri. Et Otto Bonus Rubeus de Porta debitor et defensor, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem defensorem primo conveniri et omni iuri. Testes Iohannes Cudoga, Bonefacius Bonicarta, Bernardus Provincialis. Ante statu-
nem Malocelli, die .xiii. aprilis. .MCLXXXII., indictione .viii.

1847. *Rubaldo Bucasano di Grondona pagherà a Ugone Fornario una somma.* 15 aprile 1192.

Hugonis Fornarii] (2).

Confitetur Rubaldus Bucaxanus de Grondona se daturum Hugo-
ni Fornario lib. .vii. pro equo .i. et inde ei pignori obligat medium
masum terre et terciam alterius masi in Salizola cum omnibus suis
pertinentiis, taliter ut habeat, teneat, et quiete possideat et usufru-
ctet usque dum pagaverit ei lib. .vii. non computando fructus in
sortem quos donat ei suo dono. Et possessionem ei confitetur se tra-
didisse et ab omni homine defendere promittit, sub pena dupli. Et
promittit nullum impedimentum prestare et ita attendere. Et ita
iurat attendere et non computare (3) fructus in sortem et quod pre-
dicta habet et non alienavit (4) nec ante pagamentum nec post pa-
gamentum. Et Fulco de Monjardino defendere promittit pro eo, sub
pena dupli predictum medium masum et terciam et si Rubaldus non
haberet predicta complere in suis bonis (5) sub pena dupli, abre-
nuncians iuri quo cavetur principalem defensorem primo conve-
niri. Testes Wilielmus de Faxapiana, Amicus ferrarius, Ingo de
Cartagenia. Sub volta Fornariorum, die .xv. aprilis.

1848. *Rubaldo Bucasano di Grondona vende a Ugone Fornario tutto ciò che possiede a Flacone e a Rivarolo.* 15 aprile 1192.

(1) *Nel margine superiore:* In aprile.

(2) *Molte linee sono cancellate dal notaio. La carta è « cassa ».*

(3) *Cancellato:* se.

(4) *In soprallinea:* et quod predicta habet et non alienavit.

(5) *In soprallinea:* et si Rubaldus non haberet predicta complere in suis bonis.

[*Hugonis Fornarii*]] (1).

Rubaldus Bucaxanus de Grondona per se et per suam matrem vendit Hugoni Fornario totum quod videtur habere et possidere a Flacono usque in Scriviam et a Rivario de Isula bona usque in Buzalam pretio sol. .xl., et quietum se clamat et pagatum. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut decetero faciat proprio iure. Ab omni homine et a sua matre defendere et auctorizare promittit sub pena dupli. Et Fulco de Monjardino debitor et defensor, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem defensorem primo conveniri, et omni iuri. Testes Tornellus, Vivaldus Scarsaria, Iohannes Leonus. Ea die et loco.

1849. *Berner, coltellinaio, dà quitanza della dote della moglie Columba e le costituisce l'antifatto.* 4 aprile 1192.

Patrimonium Columbe].

* Confitetur Bernerus cutellerius se recepisse de dote sue uxoris Columbe filie Alberti cutellerii lib. .xx. in fradesca bonorum que perveniunt filii ex parte patris et in illa fradesca clamat se quietum et pagatum de lib. .xx. a Villana matre et a Martino de Pontejao (2) tutore eius Columbe. Et si fradesca fuerit plus de libris de pluri promittit ei facere cartam Bernerus pro dote. Et donationem propter nuptias nomine antifacti facit ei et donat in suis bonis lib. .xx. ad habendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Et pro omnibus prescriptis omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Iurat etiam hanc cartam dotis et antifacti et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum. Et facit hec consilio sui fratris Duranti et Wilielmi ferrarii parentis. In domo quondam Anselmi Silvagni in Canneto, ea die. Testes Iohannes Leo, Vasallus claviger, Iohannes Nasellus.

1850. *Rubaldo Lavanino contrae una accomendatio per affari a Ceuta con Ottone di Langasco.* 15 aprile 1192.

Ottonis de Langasco].

Confitetur Rubaldus Lavaninus se portare in accomendatione voluntate Lamberti de Mortedo et Vasalli filii Petri Nigri presentium cum quibus habet societatem ab Ottone de Langasco lib. .xxvii. et sol. .x. Septam causa negociandi ad quartam proficui. Inde la-

(1) *Cfr. GORRINI G., Documenti sulle relazioni fra Voghera e Genova (960-1325), doc. XIII. Questo documento e il precedente sono tra loro collegati mediante una linea verticale ondulata, in margine.*

(2) Pontejac (?).

nuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. In botea Pignoli, die .xv. aprilis. Testes Iohannes de Canali, Wilielmus ferrarius, Wilielmus Aspironus.

- 1851.** *Rubaldo Lavanino contrae una accomendatio per Ceuta con Lamberto da Mortedo e con Vasallo di Pietro Negro. 15 aprile 1192.*

Lamberti et Vasalli].

Confitetur Rubaldus Lavaninus se portare in accomendatione ab Lamberto de Mortedo et a Vasallo filio Petri Nigri de Porta lib. .cii. Septam causa negociandi bona fide ad quartam proficui. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et ab eodem Lamberto lib. .xxxv. et sol. .xvii. similiter ad quartam proficui. Ea die et loco et testibus.

- 1852.** *Ugo Mazalis contrae una accomandatio per affari in « Garbo » con Anfelice de Porcis e Guilia, sua figlia. 15 aprile 1192.*

Anfelicis et Guilie].

Confitetur Hugo Mazalis se portare in accomendatione lib. .xxviii. ab Anfelice de Porcis et a Guilia eius filia lib. .xv. et sol. .v. in Garbum et quo sibi videbitur causa negociandi ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate earum vel certi missi earum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Ante dominum Oberti Porci, ea die. Testes Wilielmus Fornarius, Vivaldus de Portu Veneri.

- 1853.** *Lanfranco Porco contrae una accomendatio per « Garbo » con Suzubono. 15 aprile 1192.*

Suzuboni, Ogerii Scotii].

Confitetur Lafrancus Porcus se portare in accomendatione a Suzubono lib. .l. et sol. .viii. in Garbum et inde quo sibi videbitur cum Hugone Mazali causa negociandi bona fide ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali. Et si non attenderit ut supra vel in sua culpa devastaverit, Hugo Mazalis predictas libras et totum dampnum ei restituere promittit et proprium et principalem debitorem et pagatorem se constituit, sub pena dupli in suis bonis, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debi-

torem primo conveniri. (1) Et ab Ogerio Scoto lib. .LII. similiter per omnia. Testes (2) Vivaldus de Perna (3), Ogerius Visus de Becunis (4), Enricus Dalmatius. Et promittit Hugo eis adiuvare ad mercandum et implicandum predictas libras bona fide. Sub volta Fornariorum, die .xv. aprilis. Et debet facere expensas per libram.

1854. *Ugo Mazalis prende a prestito marittimo per Ceuta o Garbo una somma da Suzubono. 15 aprile 1192.*

Suzuboni].

Confitetur Hugo Mazalis se cepisse mutuo a Suzobono lib. .xviii. unde Ogerio Visui de Becunis misso Suzuboni dare promittit ad dies .xv. ex quo fecerint portum in Septam vel in Garbum bisantios .LXXVIII. mussimutinos de mijarexis salva eunte nave vel maiori (5) mundos ab omnibus expensis. Et si bisantios non pagaret, sol. .vi. pro bisantio non soluto dare promittit ad dies .xv. proximos ex quo veniret in Iauam, salva veniente nave vel maiori parte rerum navis quam elegerit missus Suzuboni. Sub pena dupli. Ea die et loco et testibus.

1855. *Ogerio Guercio dà quitanza della dote della moglie Sofia. 15 aprile 1192.*

[fo. 99 r.] Patrimonium Sophie].

Testes Bonus Vasallus Barbavaira, Fredentio Gontardus, in ecclesia Sancti Laurentii, die .xv. aprilis. Confitetur Ogerius Guertius se habuisse de dote sue uxoris Sophie a suo socero Drogo lib. .c. den. ian. ultra alias lib. .c., unde est carta quam fecit Wilielmus Cassinensis notarius, et de his lib. .c. clamat se quietum et pagatum, et inde omnia bona sua habita et habenda ei pignori obligat. Iurat etiam hanc cartam dotis et hanc obligationem tenere et habere firmam et ratam et contra non venturum aliqua occasione. F! confitetur esse maiorem annis .xxv.

1856. *Rufino di Canneto darà a Contessa di Orto la metà dei guadagni relativamente alle cose da questa consegnate a Rufino per traffici in Costantinopoli. 15 aprile 1192.*

(1) Segno di paragrafo.

(2) Cancellato: Balduinus filius.

(3) Prina (?).

(4) Cancellato: Enr (?).

(5) In soprалinea: salva eunte nave vel maiori.

Contisse].

Confitentur Rufinus de Canneto et Contissa de Orto et conveniunt ad invicem ut de omnibus quibus Contissa obligavit pro Rufino promittere ad Constantinopolim, Rufinus concedit ei medietatem tocius lucri quod Deus dederit. Et si dampnum intervenerit, quod absit, similiter Contissa recipiet super se medietatem dampni. Et taliter conveniunt inter se. Et Rufinus promittit ei restituere medietatem tocius dampni quod fuerit, pro obligatione qua se obligavit Enrico Guertio et Nicole de Rodulfo et Guidoni de Levanto et Enrico de Orto voluntate Rufini ut confitetur (1) si fuerit, sub pena dupli. Et pro pena et sorte, domum suam de Sancto Matheo et reliqua bona sua habita et habenda ei stipulanti pignore obligat (2). Etiam Perpetua iussu sui patris (3) remittit ei omne ius quod habet in bonis mariti usque dum fuerit pagata Contissa de predictis.

Abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Testes Obertus de Barzolo, (4), Nicola draperius, Wilielmus filius Gusulfi macellarii. In domo Pignoli, die .xv. aprilis.

1857. *Marignano pagherà una somma a Rubaldo Cavarunco per allume da lui comprato.* 15 aprile 1192.

Rubaldi Cavarunci].

Testes Martinus de Albario, Otto de Langasco, Oddonus de Melazo. Sub volta Fornariorum, ea die. Confitetur Marignanus se comparasse a Rubaldo Cavarunco cantaros .ccl. aluminis zucanni pulcri mercalis et legalis, unde ei dare promittit pro unoquoque cantaro sol. .lxxv. per totum madium proximum, sub pena dupli. Et Rubaldus confitetur se recepisse de predicto pagamento lib. .cxxix. et quod alumén debet esse apud se usque dum fuerit pagatus. Et omnes involie aluminis (5) et corde debent esse Marignani.

1858. *Rubaldo Cavarunco e Ugo lino fratelli, manomettono Ravenna, loro schiava.* 15 aprile 1192.

Libertas Ravenne].

In domo heredis Ionathe Cavarunci, ea die. Testes Oddonus de Melazo, Raimundus Cavaruncus, Obertus Cerexolus. Rubaldus Ca-

(1) *In sopralinea e in margine:* pro obligatione qua... ut confitetur.

(2) *Segno di paragrafo.*

(3) *Cancellato:* Abrenuncians.

(4) *Cancellato:* Widotus tinctor et Pinellus tinctor.

(5) *In sopralinea:* aluminis.

varuncus et Ugolinus frater eius pro mercede anime patris sui (1) faciunt liberam et absolutam Ravennam ancillam suam et ventrem eius ab omni vinculo servitutis inde omni substantia quam nunc habet et hinc inde acquirere poterit, ut decetere habeat licentiam eundi, veniendi, redeundi et faciendi et quicquid voluerit et testamentum faciendi et quicquid voluerit faciendi, ut nobilis et ingenua civis romana cum ventre. Ab omni homine defendere et auctorizare promittunt libertatem eius et ventris et substantiam eius et heredum et ventris, sub pena lib. .xx. auri optimi, stipulata in suis bonis, que omnia ei pignori obligant, et quisque eorum in solidum, abrennunciantes iuri solidi et omni iuri et iuri patronatus et omni iuri et pena soluta, hoc instrumentum maneat firmum et ratum, et Ugolinus facit hec consilio et auctoritate suorum consobrini- rum Philippi Cavarunci et Ogerii Cavarunci.

1859. *Lamberto da Lucca vende a Marchisio da Voltri, uno schia- vo saraceno.* 16 aprile 1192.

Marchesii calegarii].

Lambertus de Perfecta de Luca vendit Marchesio calegario de Vulturi (2) sarracenum .i. Mussumut nomine, pro servo non furato nec ablato, pretio lib. .iii. et quietum se clamat et pagatum. Et possessionem cum dominio ei confitetur se tradidisse ut decetere faciat proprio iure quicquid voluerit. Ab omni homine defendere et auctorizare promittit, sub pena dupli legittime, pro dupla quoque evictione et pro pena et sorte omnia bona sua ei stipulanti pignori obligat, sicut pro tempore valuerit. Sub volta Fornariorum, die .xvi. aprilis. Testes Ogerius de Cartagenia, Rolandus Lucensis, Gerardus ferrarius.

1860. *Ottone Montanario pagherà una somma a Domenico di Ra- sato a S. Giovanni.* 17 aprile 1192.

Dominici]

Confitetur Otto Montanarius se daturum Dominico de Raxato (3) lib. .xxii. pro balla .i. fustiani ad sanctum Iohannem proximum, sub pena dupli. Testes Ogerius de Cartagenia, Widolotus Lucensis, Ingo de Cartagenia, sub volta Fornariorum, die .xvii. aprilis.

1861. *Ogerio Viso di Becunis contrae una accomendatio con Suzu- bono.* 17 aprile 1192.

(1) *In sopralinea:* pro mercede anime patris suis.

(2) *Cancellato:* un.

(3) *Roxato* (?).

Suzuboni].

Confitetur Ogerius Visus de Becunis se portare in accomendatione a SuzoBono lib. .cii. Septam causa negociandi bona fide, ad quartam proficui. Et de quibus libris medietas est BoniVasalli Zaritole ut confitetur SuzusBonus. Inde Ianuam reducere promittit in potestate eorum vel certi missi eorum proficuum quod Deus dederit cum capitali. Iurat etiam ita attendere et salvare et custodire bona fide et non fraudare ultra sol. .x. et operari ad bonum societatis (1). Et si non attenderit ut supra vel in sua culpa devastaverit, Roaxia mater eiusdem Ogerii promittit ei restituere predictas libras et totum dampnum, et propriam et principalem debitricem et pagatricem se constituit, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et decreto consultus Velleiani, et omni iuri. Ante domum SuzuBoni, ea die. Testes Lafrancus Papa, Peirus Nasus de Pica, Vivaldus de Perna (2).

1862. *Ugo Embriaco e Guglielmo, per loro e per i loro fratelli, danno in locazione a Ogerio Templa, e a Ogerio di Arzellato beni tra Croce di Camogli e il torrente di Lavagna. 18 aprile 1192.*

Locatio Embriacorum Ogerio Temple et Ogerio de Arzellato].

Hugo Enbriacus et Wilielmus frater eius pro se et fratribus suis, tutores eorum, consilio et auctoritate Wilielmi Enbriaci, contutoris eorum et curantis pro minoribus, locant, dant, et cedunt Ogerio Temple et Ogerio de Arzellato totum quod videntur habere et possidere a Cruce de Camugi usque ad aquam Lavanie preter terram de Grundono (3) ad habendum, tenendum, et usufructandum usque ad annos .ii. et si Wilielmus, filius quondam Nicole ultra annos duos steterit Ultramar, dant similiter usque ad annos .iii. Quam locationem promittunt tenere et habere firmam et ratam et contra non venturos et ab omni homine defendere, sub pena lib. .XLIII $\frac{1}{2}$, et in suis bonis que omnia eis pignori obligant in solidum, abrenunciantes iuri solidi et (4) iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. Et ipsi promittunt tenere ut supra et dare per annum lib. .XLIII $\frac{1}{2}$. nomine conditionis, sol. .c. ad medium augustum et alios ad Domini natale, et salvare et custodire et bonificare et locationi nullam fraudem adhibere, sub pe-

(1) *In sopravlinea*: et operari ad bonum societatis.

(2) *Primo*?

(3) *In sopravlinea*: preter terram de Grundono.

(4) *Cancellato*: omni.

na (1) lib. .XLIII $\frac{1}{2}$. stipulata, in suis bonis in solidum, abrenunciantes iuri solidi et omni iuri et pena soluta a parte in contraventione vel non attendente ut supra, pactum maneat firmum et ratum. In pontili Sancte Marie de castello, die .xviii. aprilis. Testes Hugo ferrarius, Rubaldus de Via, Grimaldus de Sudica.

1863. *Oberto Bianco riceve una somma del cognato Rosso per commerciarla nella sua bottega.* 18 aprile 1192.

[*fo. 99 v.*] (2) Rubei Archerii].

Confitetur Obertus Blancus se habuisse de rebus Rubei sui cognati, a septembri transacto, a Belioro (3) uxore eiusdem Rubei, lib. .L. voluntate Ogerii Scotti presentis, cum quo habet societatem, causa negociandi in botea cum aliis et de quibus debet dare ei sicut lucrabuntur per libram libre Ogerii, et habere de lucro sicut habebit de illis, et cum placuerit Rubeo dare promittit ei proficuum quod fuerit et capitale. In botea de Cartageniis, die .xviii. aprilis. Testes Wilielmus Scotus, Arduinus de Canneti. .MCLXXXII., indictione .viii.

1864. *Verdilia, moglie di Guidone da Portovenere dà quitanza di una somma al marito.* 19 aprile 1192.

Guidonis] Verdilie] (4).

Confitetur Verdilia uxor Widonis de Portu Venere quod suus maritus Widon.... habet de rebus suis ultra lib. .cxx. quas habuit pro dote eius et si quid habuit ultra has libras .cxx. ipsa confitetur se recepisse ab eo et quietam se clamat et pagatum ab eo. Et hec facit consilio Rolandi de Canneto et Wilielmi Cassinensis notarii. Die .xviii. aprilis. Testes predicti. Otto de Langasco et Rolandus idem.... In domo Ingonis Longi (5). Confitetur idem Wido habere ab eadem Verdilia lib. .xxiii. quas promittit dare quando ei placuerit et lib. .iii. annuatim ad rationem anni.

1865. *Opizone, abate del monastero di S. Fruttuoso, rinuncia a favore di Pandolfo di Fontanella, ogni diritto del monastero sulla compera di beni che questo fece da Ogerio, figlio di Arnardo de Roza.* 20 aprile 1192.

(1) Cancellato: sol. .c. (3).

(2) Nel margine superiore: In aprile.

(3) Cancellato: su.

(4) L'atto è cancellato riga per riga con inchiostro denso e nero.

(5) Segno di paragrafo.

Pandulfi].

Dominus abbas Opizo monasterii Sancti Fructuosi de Capite Montis, consilio et auctoritate fratris Petri prioris Sancti Mathei et Petri monachi eiusdem monasterii, transactionem omnifariam et remissionem facit Pandulfo de Fontanella de omni iure et drichto et ratione sive actione, quod vel quam videtur habere per monasterium in compara quam fecit Pandulfus ab Ogerio filio Arnardi de Roza consensu patris et pro se et pro fratribus de terra de Faxeto. Et cui coheret a duabus partibus terra Rubaldi de Solari et fratum, inferius et superius via. Et quam transactionem facit pro lib. .vi. et quas confitetur se recepisse ab eo, et quietum se clamat. Et promittit quod decetero nullam requisitionem facieret nec actionem movebit nec litem nec controversiam nec demum aliquam inquietudinem ei vel alicui pro eo per se nec per suos successores nec per suos confratres nec per aliquem pro ecclesia occasione predicte terre nec occasione venditorum vel alicuius drichti vel rationis vel actionis quod vel quam videtur habere in eis per monasterium aliquo modo. Et si contrafactum fuerit penam dupli ei stipulanti, spondet de tanto quantum esset lis, rato manente pacto. Pro pena vero et sorte omnia bona monasterii ei pignori obligat. In claustro Sancti Mathei Ianue die .xx. aprilis. Testes Simon, filius Marini de Rapallo, Obertus frater eius, Marinus de Portu Delfino.

1866. *Giovanni, figlio del fu Turco da Lucca, pagherà a Roggero di Ajato una somma.* 20 aprile 1192.

Rogerii de Ajato].

Confitetur Iohannes quandam Turchi de Luca se daturum Roggerio de Ajato lib. .xxvii. et sol. .xii. per totum madium proximum, et inde ei pignori obligat cent. .vi. latani (1) et ballam .i. albam fustiani (2) et quod pignus Rolandus Lucensis confitetur habere ab Ambroxio voluntate Iohannis et ad fortunam Iohannis, tali pacto, ut si non fuerit pagatus Rolandus promittit ei dare predictum pignus, sub pena dupli, abrenuncians omni iuri. Et ipse faciat quicquid voluerit sua auctoritate et sine magistratus decreto. Et si in pignore defecerit Iohannes reliqua bona sua ei stipulanti pignori obligat, sub pena dupli. Sub volta Fornariorum, ea die. Testes Rodegerius iudex, Rolandus de Canneto.

(1) lotoni.

(2) Sic!

1867. *Bonadonna, moglie di Bellamuto, dà quietanza di una somma a Guglielmo Colligruis.* 20 aprile 1192.

Wilielmi Colligrus].

Confitetur Bonadonna uxor Bellamuti se recepisse a Wilielmo ColloGruis lib. .L. den. ian. quas ipse habebat in societate ab Adalaxia uxore quondam Wilielmi Zolcani et sorore eiusdem Bonadonne. Et ex quibus lib. .L. et de quarum proficuo ipsa clamat se quietam et pagatam. Quibus libris vel proficui earum vel occasione eorum, si decetero requisitio fieret vel actio moveretur a prefata Bonadonna vel ab aliqua demum persona, ei vel eius heredi vel alicui pro eo, et ipse vel heres eius vel aliquis pro eo pervenerit ad ali quod dampnum ipsa Bonadonna per se suumque heredem totum dampnum restituere promittit, sub pena dupli in suis bonis stipulata, abrenuncians decreto consultus Velleiani et omni iuri. Et si ipsa non attenderit ut supra vel contrafactum fuerit, Bellamut de Raenfredo et Rubaldus de Vivaldo promittunt attendere (1) et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, et inde bona sua habita et habenda ei stipulanti pignore obligant, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavitur principalem debitorem primi conveniri et omni iuri et auxilio quo se possent tueri vel excipere. In domo Sancti Theodori, in qua habitat eadem Bonadonna. Die .xx. aprilis. Testes Ottobonus de Sosilia magister, Iohannis Buuscus, Martinus de Rapallo qui habitat ad Sanctum Ambroxium.

1868. *Ottone e Ugo, figli del fu Ferrario di Castello, cedono al loro fratello Nicola i beni del padre in Primanego.* 20 aprile 1192.

Nicole Ferrarii].

Otto et Hugo filii quondam Ferrarii de Castello dant et cedunt Nicole suo fratri (2) totum quod pater eorum visus fuit habere et possidere in Primanego et in omnibus pertinentiis pro fradesca, ut decetero habeat, teneat et quiete possideat sine omni sua et heredum omniumque pro eis contradictione. Et possessionem cum dominio ei confitentur se tradidisse, et ab omni homine defendere et auctorizare per se suosque heredes ei eiusque heredi et non impedire neque contravenire (3) promittunt, sub pena dupli. Pro pena

(1) *Cancellato:* pro ea?

(2) *Cancellato:* quod pater eorum.

(3) *Cancellato:* sub; *in sopravlinea:* et non impedire neque contravenire.

vero et sorte omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant, sicut pro tempore valuerit. Iurant etiam ita attendere et contra non venturos per se nec per alium pro se. Et faciunt hec consilio Ingonis Pellis patrui sui et Wilielmi de Dataro sui cognati. In ecclesia Sancti Gregorii, ea die. Testes Armannus et Iacomus filii quondam Nicole Pellis.

1869. *Nicola dà assicurazione ai fratelli circa la donazione fatta col doc. 1868. 20 aprile 1192.*

Ottonis et Hugonis].

Et idem Nicola promittit eisdem fratribus suis quod decetero nullam requisitionem faciet nec actionem movebit per se nec per alium pro se pro fradesca, vel occasione paternorum bonorum, sub pena dupli de tanto quantum ageret in suis bonis, que omnia eis stipulantibus pignori obligat. Iurat etiam ita attendere et contra non venturum. Et facit hec omnia consilio Ingonis Pellis et Wilielmi de Dataro, sui cognati. Ea die et loco et testibus.

1870. *Anfusso, banchiere, pagherà una somma a Roberto Grasso 15 giorni dopo pasqua. 21 aprile 1192.*

Roberti Grassi].

Confitetur Anfussus bancherius se daturum Roberto Grasso lib. den. ian. .LXX. ad dies .xv. proximas post pasca proximam resurrectionis, sub pena dupli. Die .xxi. aprilis. Testes Arduinus de Canneto, Calvus de Alexandria, Leonardus draperius. Ante statu-
nem Fornariorum.

1871. *Simone di Palma dà quitanza, per sè e per sua sorella, di una somma a Giacomo di Palma. 21 aprile 1192.*

[to. 100 r.] Iacomi de Palma].

Confitetur Simon de Palma se recepisse pro se et pro sua sorore Mabilia ab Iacomo de Palma lib. .xvii $\frac{1}{2}$. pro quarta librarum .:xx:, quas lib. .LXX. Curradus de Palma legavit Simoni et Mabilie, et quas lib. .LXX. Wilielmus de Palma habuit in custodia pater predicti Iacomi, et quod Iacomus est quartus heres Wilielmi. Et ideo (1) dedit ei quartam partem predicti legati, ex qua quarta videlicet de lib. .xvii $\frac{1}{2}$. Simon pro se et pro sorore clamat se quietum et pagatum a Iacomo. Ex quibus libris vel occasione illius

(1) Cancellato: dat.

legati vel occasione alicuius drichti vel rationis vel actionis quod vel quam habeat super Iacocomo (1) vel super rebus eius occasione Curradi vel Wilielmi predictorum vel bonorum eorum vel demum aliqua occasione promittit quod decetero nullam requisitionem faciet nec actionem movebit per se nec per alium pro se prefato Iacomo vel alicui pro eo et finem et refutationem facit ei de omni iuri (2). Et si contrafactum fuit a se vel ab alioque pro se vel a Mabilia de predictis libris (3), et Iacomus vel suus heres pervernerit ad aliquod dampnum, Simon per se suumque heredem totum dampnum restituere promittit, sub pena dupli stipulata in suis bonis, que omnia ei pignori obligat, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio quo se posset tueri vel excipere in hoc casu. Sub volta Fornariorum, die .xxi. aprilis. Testes presbyter Wilielmus de Sancto Damiano, Iohannes Papinus, Rubaldus de Palma, Otto Vernazonus.

1872. *Aicardo, figlio di Calvo di Moneglia, contrae una accomandatio per Ceuta con Grillo di Canneto. 21 aprile 1192.*

Grilli].

Testes Hugo de Canneto, Marcus de Monelia, Rolandus de Canneto. Sub volta Fornariorum, ea die. Confitetur Aicardus filius Calvi de Monelia se portare in accomendatione a Grillo de Canneto lib. .xvii. et sol. .vi. in balla .i. fustiani cum involia Septam, et quo ierit cum Nicola Picamilio causa negociandi, bona fide, ad quartam proficui. In reditu Ianuam reducere promittit in potestate eius vel sui certi missi proficuum quod Deus dederit cum capitali.

1873. *Guglielmo Rataldo ed Enrico Mallone pagheranno al 1º maggio dell'anno prossimo una somma a Guglielmo Pelabusca da Piacenza. 21 aprile 1192.*

Wilielmi Rataldi].

Confitentur Wilielmus Rataldus et Enricus Mallonus se obligatos Wilielmo Pelabusca de Placentia dare lib. .cv. et sol. .vi. in (4) solidum, a kalendis madii proximi ad annum proximum de medietate cuius debiti vel (5) occasione medietatis illius obligationis.

(1) Sic! Ma il notaio cancella co.

(2) In sopravlinea: et finem... de omni iure.

(3) In sopravlinea: vel Mabilia de predictis libris.

(4) qui mutato in in.

(5) Cancellato: obligationis vel.

Si Wilielmus (1) vel suus heres perveniret ad aliquod dampnum, Enricus per se suumque heredem deliberare promittit ab omni dampno, sub pena dupli stipulata in suis bonis. Et si Enricus non attenderit ut supra Curradus Malfiliaster et Hugo Mallonus promittunt attendere pro eo, et proprios et principales debitores et pagatores se constituunt, et inde omnia bona sua habita et habenda ei stipulanti pignori obligant, sub pena dupli in solidum, abrenunciantes iuri solidi et iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri. In ecclesia Sancti Damiani, ea die. Testes Marinus Malfiliaster, Lafrancus Malfiliaster.

1874. *Testamento di Volpe.* 21 aprile 1192.

Testamentum].

Vulpis sua ultima voluntate iudicat pro anima sua lib. .xxx. ita distributas: decenum operi Sancti Laurentii, apud ecclesiam Sancti Stephani de Porta eligit suam sepulturam et pro sua sepultura, et exequiis funeris lib. .x., et Sancto Stephano pro missis sol. .c., Sancto Thome sol. .c., hospitali Sancti Iohannis sol. .x., hospitali Sancti Stephani sol. .x., illi de Sancto Laurentio sol. .v., hospitali Crucigerorum sol. .v. Ponti de presbytero Belardo sol. .x., Verde sol. .v. Adalaxie de Maraxi sol. .x. Adalaxie de Sancto Ambroxio sol. .xx., Adeje de Salvajo sol. .xx., Specie sol. .xx., et ita quod usque ad annos .v., non possit conveniri de his suus heres, praeter de lib. .x. de sepultura et de sol. .c. de missis. Anne sue nepti lib. .xx. legat. Ite (2) sue nepti vellatam .i. de razolo (3) et culcitrarum et cuxinum et sospitale et brachia .x. tele. Reliquorum suorum bonorum heredem instituit suum filium Bauditionem. Hec est sua ultima voluntas. In domo Bauditionis eiusdem, ea die. Testes Petrus Capra, Guibertus calegarius, Iacomus Bojachesus, Simon Traversus, Gilielmus Gruata.

1875. *Guglielmo, calderarius, pagherà a Uberto da Chiusa una somma a metà maggio.* 21 aprile 1192.

Uberti de Clusa].

Confitetur Wilielmus calderarius se daturum Uberto de Clusa lib. .xxi., et sol. .xvi. ad medium madium proximum sub pena

(1) *Cancellato:* per.

(2) *Cancellato:* ut.

(3) *In sopralinea:* de razolo?

dupli. Testes Iohannis cazaor, Rubaldus medicus. Sub volta For-
nariorum, die .xxi. aprilis.

1876. *Isabella, moglie del fu Guglielmo Filardo, e figli vendono
a diverse persone beni in Quarto. 21 aprile 1192.*

Lafranci Cairati, Gaialdi, [Petri de C]la[p]a, [Wiliel]mi [de C]la-
p[a], Salvi et Wilielmi].

Isabella quondam uxor Wilielmi Filardi et Vivaldus et Rubaldus
et Sibilia filii eiusdem Isabelle vendunt locum de Ilexeto in Quarto,
et quem tenet Lafrancus de Ilexeto, cum omnibus pertinentiis sicut
ipse tenet per eos, et totum quod habent in Runco et in Clapar in
Ariolo et in strata inferius et superius et in Lemula et in Burega
et in Maxeno et in Campo de super Ordialo, et totum quod per
eos poterunt invenire emptores infrascripti per eos, plenum et va-
cuum et domesticum et salvaticum, cum omni suo iure et comodo
et utilitate et ingressibus et exitibus suis, nichil in se retento, (1)
et totum sicut tenet per eos prefatus Lafrancus vendunt infrascrip-
tis pretio lib. den. ian. sexaginta. Loco vero de Ilexeto coheret su-
perius et inferius via publica, a duabus partibus terra Lafranci de
Ilexeto. De qua vendita vendunt terciam partem Lafranco Cairato.
Et de reliqua remanenti vendunt quartam partem Gaialdo de Cu-
ria. Et Petro de Clapa aliam quartam. Et Wilielmo de Clapa aliam
quartam. Et et Salvo et Wilielmo fratribus aliam quartam de pre-
dictis omnibus. Et de pretio clamant se quietos et pagatos et quod
plus valet titulo emptionis et donationis inter vivos eis cedunt. Et
possessionem cum dominio eis confitentur se tradidisse ad facien-
dum a modo proprio iure quicquid voluerint ipsi eorumque he-
redes aut cui dederint, sine omni eorum omniumque pro eis con-
tradictione. Ab omni homine per se suosque heredes eis eorumque
heredibus defendere et auctorizare promittunt, sub pena dupli, et
non impedire neque contravenire. Pro pena vero et sorte omnia
bona sua habita et habenda eis stipulantibus pignori obligant in
solidum, sicut pro tempore valuerit hec vendita sub extimatione in
consimili loco, abrenunciantes iuri solidi quod dicitur: Si duo plu-
resve [fo. 100 v.] et iuri [quo cavetur] ut si quis deceptus fuerit
ultra dimidium iusti pretii agere posset vel ad restitutionem vel
ad iusti pretii suppletionem et exceptioni non numerate peccunie,
(2) et omni iuri et auxilio et femine abrenunciantes decreto con-

(1) *Cancellato*: vendunt.

(2) *Cancellato*: et femina abrenuncians.

sultus Velleiani et omni iuri. Et Rubaldus iurat hanc venditionem tenere et habere firmam et ratam et attendere ut supra, et de pretio nullam requisitionem emptoribus vel alicui pro eis se facturum et contra non venturum per se nec per alium pro se. Et Rubaldus et Sibilia confitentur esse maiores annis .xviii. Et omnes predicti vendidores faciunt hec omnia consilio et auctoritate suorum parentum Ottonis Belmusti et Amici de Morta. Et si Rubaldus et Sibilia vel alter eorum vel aliquis pro eis contraveniret vel non attenderit ut supra, Bauditio Cudega promittit pro eis attendere et defendere pro eis, et proprium et principalem debitorem et defensorem se constituit, et inde omnia bona sua habita et habenda eis stipulantibus pignori obligat, sub pena dupli, abrenuncians iuri quo cavetur principalem debitorem primo conveniri et omni iuri et auxilio quo se posset tueri vel excipere in hoc casu. In domo venditorum, die .xxi. aprilis. Testes Albertus tavernerius, Iohannes de Palexeno, Otto Belmustus, Amicus de Morta .MCLXXXII., indictione .viii. (1).

1877. *I coniugi Giovanni Calcaterra e Adele, e Sicilia moglie di Riccardo anche per il marito, vendono beni a Bensevega da Rapallo. 21 aprile 1192.*

Bensevega de Rapallo].

